

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS DE SUBJECTIONIS JURE, QUAM ... PRAESIDE ... JOHAN-CASPARO...

Johann Caspar Unrath, Johann Christian Tentzel, Valenti Gonzaga







AMplissima quondam regna Romani tribus potissimum modis nacti fuerunt: 1. per justitiam bellicam. 2. per dispositionem testamentariam, & 3. per subjectionem voluntariam, *Engelbert. Ablas de Ortu & fin Rom. Imp. c. 11. p. 17.* Ad hanc autē quod attinet, videre non licet, quare populus liber dominio & regimini alicujus sese submittere non possit, prout populus Romanus per Legem Regiam fecisse arguitur, §. *sed & quod. 6. Inst. de Jure nat. gent. & Civil. §. sed & hoc. 7. C. de vet. jure enucl. Hippol. à Lapide de Rat. Status part. 1. cap. 8. pag. 315.* Multi sane liberi populi, & alii, qui à principio vi bellicâ erant subacti, sentientes Romanum Imperium satis esse tolerabile, justum & æquum, quasi internâ animi destinatione, *teste Joh. Limnæo de Jure Publ. lib. 1. cap. 3. num. 5.* Romanis se subjecerunt, & necessitatem subjectionis caussam primam transmutârunt in voluntatē. Hinc Dd. inter modos acquirendi superioritatē numerant spontaneā submissionē & subjectionē, quando nimirum aliquis sponte recognoscit aliquē superiorem, ejusque jurisdictioni se submittit & subjicit, *arg. l. 1. ff. de judic. l. 1. ubi Vultejus. n. 78. C. de jurisdict. Matth. Stephani de jurisdict. lib 2. cap. 7. n. 170. Christoph. Mingius de Superior. territ. cap. 1. concl. 27. Georg. Braudlacht in Epitome jur. publ. lib. 3. c. 5. n. 7.* Quam subjectionis materiem, quamvis ex juris publici agro depromptam privati juris decempedâ metiri, non usquequaque liceat; licet etiam aliquantò obscurior à quibusdam plane intacta relinquatur, *Joh. Gryphiander apud Dom. Arumaeum, vol 2. discurs. Acad. 26. th. 3.*

 per

per ſeptem capitum cancellos penſiculabo, & quidem 1. Capite agam de ſubjectione & ſubditis. 2. de diviſionibus. 3. de modis quibus quis efficiatur ſubditus. 4. de probatione. 5. de ſubjectionis effectu. 6. de modis, quibus quis ſubditus eſſe deſinat. 7. de Actionibus & remediis tam domino, quàm ſubditis competentibus. Sit itaque in Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti!

CAPUT I.

De ſubjectione & ſubditis

Poſitio.

I.

V Niverſa respublica duobus vinculis potiſſimùm continetur, uno poteſtatis ſive imperij; altero ſubjectionis, *Ariſtoteles libr. 7. Polit. c. 14. Reinh. Konig. Theatr. Polit. part. 1. c. 1. n. 395. Chriſtoph. Beſoldus Polit. lib. 1. cap. 1. §. 4. n. 24. & cap. 10. §. 1. n 1.* Unde duo etiam reipublicæ conſtituuntur membra: unum eorum qui præſunt; alterum eorum qui ſubſunt. *Petr. Gregorius Tholoſanus lib. 4. de Republ. c. 1. & 5. Hoenon. diſp. Polit. libr. 1. diſput. 2. n. 1.*

II. Ut enim ſocietas humani generis conſiſteret, neceſſaria fuit conjunctio ſubditorum & imperantium. *Zacharias Vietor de cauſis exempt. imp. concl. 12.* & ſicut rerum in natura diſcordantium concordia certâ aliquâ ſymmetria ſubordinationis colligatur, & certis legibus ſubjectionis ac regiminis temperatur; ita pariter in republica conſervatio & duratio rerum omnium conſiſtit in aliqua ordinationis ac ſubjectionis concordia, & in mutuo imperantium & parentium reſpectu, velut congruo aliquo temperamento inter ſe devincta. Nam poteſtas poteſtati æquali occurrens perpetuâ diſcordiâ & irreconciliabili omnia peſſundaret, alienaque quæ regere non novit, nec conveniunt, uſurparet cum ſua pernicie

[illegible] de Republ. [illegible] Besold. [illegible] Polit. [illegible]

III. Sententia igitur imperio & subjectione [illegible] qua- lis fuit Israelitarum status, [illegible] ten- [illegible] o [illegible] tamen nihil perniciosius reipublicae [illegible] quae censetur sub malo principe, quam sub nullo esse, [illegible] de Legib. [illegible] Besold. d. cap. 1. §. [illegible] & melius est aliquam, quamvis debilem habere rempublicam, quam plane nullam. Ep- [illegible] part. 2. cap. 1. pag. [illegible] imo [illegible] & [illegible] publicae [illegible] de Republ. lib. 4. cap. 1. num. [illegible]

IV. Saniores igitur Politici uno hactenus ore asseruere, [illegible] re- [illegible] rempublicam [illegible] principio [illegible] sine [illegible] Capite [illegible] sine Rege [illegible] sunt [illegible] conspiratio.

V. Neque etiam pariter [illegible] naturae, ut inferior domine- superiori, minor majori, servus domino [illegible] in 6. Clausulae in Con- [illegible] rubr. 3 [illegible] n. 6. [illegible] quos communi nomine subditos [illegible] subjectos salutamus, indolem penitius introspiciam.

VI. Subditi autem nomen masculum non est, sed [illegible] imperium [illegible] dicitur a subdo, quod idem, quod submitto, subjiciendo [illegible] Hinc [illegible] communi Unter- thanen [illegible] qui alterius jurisdictioni & potestati [illegible] Etymologia.

[illegible] proprie [illegible] jus [illegible] habent [illegible] Unterthanen.

VII. Ut vero liberius appellatione omnis conditio acci- pienda

pienda est alieno juri non subjecta; *Fridericus Husanus in Tract. de propr. Homin. c. 2. n. 36.* ita subjectionis nomine venit fere, quicquid juris ac potestatis in alicujus persona vel rebus alii quaesitum est, imò ipsa servitus. Hinc subditorum appellatio non de illis solùm accipienda est, qui principis jurisdictioni directò subjecti, verùm etiam qui ob aliquam causam, propter quam forum quis sortitur jurisdictioni subjiciuntur; subditus ergò dicitur variis modis.

Homonymia.

IIX. Præter principem (1.) omnes omninò, qui illum quovis modo recognoscunt, vel ei subsunt, subditorum nomine veniunt, veluti vasalli, clientes, exempti, peregrini. (2.) dicitur quis subditus ratione originis propriæ vel paternæ, *l. 1. C. de Municip. & origin. lib. 10. l. assumptio. 6. § 1. ubi Bartol. ff. ad municipal. l. cives 7. C. de incol. lib. 10.* (3.) ratione rei, glebæ vel bonorum *cap. ex parte. 15. extra de foro compet.* eoque respectu quem subditum tradunt, etiamsi regiâ dignitate emineat, *Paurmeister de jurisdict. lib. 2. c. 9. n. 116. Hilliger in Donell. enucl. lib. 17. Comment. c. 17. in not. sub lit. a.* Ratione enim rei, etiamsi qui possidet, honore superior sit, inferioris jurisdictionem subit. *Monacl. Pract. judic. p. 2. c. 6. n. 60.*

IX. Ratione (4.) contractus & delicti, *c. sp. fin. extra de foro compet. gloss. in Clem. 1. §. contrahentes. in verbo. subditos, de for. comp. in 6. Gail. de Pignorat. obs. 15 n. 2. Gylmann. tom. 2. sympb. part. 2. tit. 6. vot. 3. n. 12. fol 39.* In diversa plane significatione judex subditus dicitur *in l. mortuo. 60. ff. de judic.* pro judice in locum demortui suffecto: *Calvinus in Lex. jur. in voce subditus.* Sed hisce modis subditus quis impropriè dicitur.

X. Cæterùm (5.) ratione domicilii habitationis quis propriè subditus dicitur, qui sub alterius jurisdictione tale domicilium habet, *l. domicilium. 20 cum gloss. in verb. incolas ff. ad munic. l. si in patria 5. ibi: si domicilium defixisti, incolatus jure ultrò te ejusdem civitatis muneribus obligasti. C. de incol lib. 10 l. cives 7. C. eod. tit l. juris. 2. C. de jurisdict. Matth. Colerus de Process. Exec. part. 2. cap. 1. n. 23. Gail. lib. 2. observ. 35. n. 2. idem de pignorat. obs. 15. n. 7. de Arrest. imp. cap. 6. n. 8. 16. 21. Christoph. Schwanmann. decis. Camer. 10. n. 36. Christoph. Besoldus part. 6. consil. 299. n. 8. & ibi allegat. Caspar. Glock. de contribut. concl. 16. &* ita quotidiè in Camera observari testatur *Rosenthal. de feud. c. 6. concl. 85. sub lit. M.* quæ posterior acceptio hujus loci est.

XI.

XI. [illegible] hodes apud antiquos Germanorum & Fran-
[illegible] homines vel subditi dicebantur, quos hodiè
[illegible] Hotomannus in Lex feud. *[illegible] brog. in [illegible] Befold. [illegible] feud. [illegible] pag. 30. [illegible] Comit. & Baron. [illegible] §. [illegible] nunc. 15.* Hinc Synonymia.
subditi [illegible] vilis conditionis arme Leuth / Gallis manus mortuæ, id
est [illegible] propria carentes, vocat *idem de jure Publ. part. 3. cap. [illegible] pag. [illegible]* quibus in regionibus septentrionalibus, ubi
[illegible] superiori Germaniæ conditionis plerumque esse
[illegible], accedunt coloni, *H[illegible]anus. d. tr. [illegible] n. 20.* subditi
[illegible] etiam indigitantur fideles, *Calvinus de verb. feudal. in voce fideles.* [illegible] liebe getreue. *Matth. Stephani [illegible] Academ. 7, th. 8. vol. [illegible]* de consuetudine principes nominare subditos suos fideles notat *[illegible] tom. 1. part. [illegible] n. 58* ratione præstitæ fidelitatis etiam appellantur [illegible] obedientiarii, *Dr. Ben. Carpzovius lib. 6. Resp. [illegible] Elect. 115. n. 18.*

XII. Vocantur etiam cives totius Romani imperii incolæ, [illegible] Imperii Recessibus & Aureâ Bullâ. Unde ab Imperatore nuncupantur Imperii fideles. Unsere und des Reichs liebe Getreue / etiam mediatè subjecti. Chur-M. Remonstration Schrifft contra E. fol. 45. & infimæ conditionis homines. *Joh. Sibrand [illegible] part. 1. Juris. Lubec [illegible] 27 in notis [illegible]. 5.* Dicuntur alias quoque subjecti, incolæ, provinciales, municipes, coloni, &c.

XIII. In quibus locis viget die Landsasseren / veluti de Saxonia, Bavaria, Palatinatu Rheni, Marchia, Hassia *Martinus Magerus de Advocat. armat. [illegible] 6 n. 677.* non item de Suevia, nec Franconia, refert *Meichsnerus tom. 2 p. 1. decis. 8. fol. 799. Wehnerus in Pract. observ. voce* Landsasseren. nec de Rhenana, Wederaviaque provinciis idem scilicet, quod ibi landsassiatus non vigeat, refert *Wilhelm. Becker synops. juris Publ. lib. 3. cap. 4. num. 17.* vocantur Landsassen / Canzley oder Schrifftsassen / Amtsassen.

XIX. Plutarchus in oratione ad Trajanum (cujus meminit *A[illegible] de G[illegible] in Horolog. princip. c 36 pag 134 & seqq. Joh. Limnæus de jure Publ. lib. 1 c 7 n 52. & 53.*) dum illius Imperium corpori mystico comparavit ad exemplum hominis vivi, subditos cum
auri-

auribus confert, inquiens inter alia: Caput omnium est princeps, penes quem imperii summa est: Oculi, quibus videmus, viri in republica boni sunt, quorum ductum sequimur: Aures, quæ audiunt, quæ dicimus, sunt Subditi, qui imperata faciunt &c. idque scitissimè: quia in paritione & comparitione consistit subjectio omnis, *Zacharias Vieter de caus. Exempt. Imp. concl. 36.* & per obedientiam acquiritur quasi possessio subjectionis *Matth. de Afflictu. decis. 265. num. 10.*

XV. Subditus quid sit, varii variè sentiunt. Nonnulli subditum appellant eum, qui ratione suæ personæ alterius imperio subest. Subditos esse secundam reipublicæ partem obedientem, & superiorem agnoscentem, tradit *D. Georgius Frantzkius apud Dom. Arum. vol. 4. discurs. 4. ad 4. th. 50. Waremundo ab Erenberg.* definitur is, qui superioris jurisdictioni, legitimæ sequelæ & obsequio obstrictus est, *in princ. Tract. de Oneri. subdit.* uti refert *Georg Ritter d. Hom. 12. cap. 7 concl. 190. Hermanno Vultejo* subditus est, qui jurisdictioni subest, & in quo illa exercetur, sive à principe ipso, sive à magistratu, *Jurisprud Rom. lib. 1. cap. 15. in princ. Joh. Gryphiandro* est is, qui jurisdictioni in loco domicilii subest, in quo passivè illa exercetur sive id fiat à principe vel domino, sive ab alio quolibet magistratu: ex *Vulteji* ferè verbis, apud *Dom. Arum. vol. 2 d. discurs. 26. de subdit. vasall. & Client. th. 9.*

Subditus quid? XVI. Nobis verò subditus est, qui alterius jurisdictionem ratione constituti domicilii recognoscit cum fidelitatis, obsequii & munerum præstatione, ad sui defensionem & protectionem.

XVII. Subditus est qui] Personam habilem hic intelligimus. *Explicatio definitionis* In omnibus enim contractibus ad principium & informatam obligationem respiciendum est, *l. si tantùm 17. ff. ad SC. Maced. l. si pro. uratorem. §. in pr. ff. mandati l. un. in fin. C. de impon. lucrat. descript.* & sicut ad omnem actum, imò ad cujuslibet actus perfectionem duo requiruntur: agentis voluntas & potestas, *cap. cum super. 23. in fin. extra de offic. delegat. l. non omnis. 19. in pr. ff. de reb. cred. Boethius lib. 4. de consol. Philosoph.* & deficiente potestate actus nullus est, *arg. l. a qua ætate. 5. ff. de testam. l. fin. ff. de Jurisdict.*

XIIX,

XVIII. Sit etiam ad subjectionem constituendam necessaria, ut se submittens sit sui juris & potestatis, id est, alii jure subjectionis quærens sit talis, qui possit obedientiam & subjectionem præstare absq; præjudicio alterius. Secus est, si non posset, ut, quia haberet alium superiorem, qui esset in possessione vel quasi juris superioritatis. *Josephus Mascardus de probat. vol. 3. conclus. 1117. n. 11. Matth. Stephani de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 171. & seqq.* Ita in præjudicium Imperii civitas se alteri submittere non potest. Interest enim Cæsaris & sacri Romani imperii, ut ordines & status imperii integre conserventur, *cap. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. Joachim. Custen in Sylloge rer. quotid. concl. 27. sub lit. f. Henricum Henning. de variis univers. ſpecieb. concl. 16.* Hinc si princeps Civitatē eximere velit, vel illa se eximi patiatur, fiscalis interesse imperii prætendens processus contra alterutrum, vel utrumq; instituit, *Andr. Gail. 1. obs. 21.*

XIX. In præjudicium enim alterius obedientia & subjectio præstita nihil operatur, *Abbas in cap. ex te. 22. in 3. not. ab. extra de jurejur. cap. cum contingat. 28. eod. tit. Mascardus d. concl. 1117. n. 11.* Ex quo vult *Gryphiander d. discurs. 26. th. 49.* domicilii jus concedi non nisi cum causæ cognitione, utrum subditus sit honestæ vitæ vel secus; requisito etiam ejus rei testimonio: si sit fugitivus, nec cum gratia magistratus prioris discesserit, vel propter delictum sedem mutet, illum non recipi.

XX. Ut 2. realiter, verè & expressim se & sua bona submittat, *Richardus Dieterus de Summa summi imp. potest. concl. 145. 148. 152. & 155. Zach. Victor de Exempt. concl. 23. in fin.* quorum si alterum deficiat, actus subjectionis totus est irritus, *Georg. Ritter de Homag. c. 3. concl. 52. in fin.* quo spectat expressè *Aureæ Bullæ Caroli IV. titulus 16. de pfalburgerus sive falsis civibus*, von Pfalbürgern / [quos quasi palantes, id est, subditos passim vagantes dictos conjicit *Victor de Exempt. concl. 29.*] *versic.* Es sey dann daß sie leiblich und auffrichtig in die Stättgleichen / und mit der That und warheit / ohn Betrug in solchen ihren Sitz und Herd haben / auch die gewöhnliche Bürde / als Dienste / Stadtrecht / Tribut / Steuer und andere dergleichen Aufflagen / denselben über sich nehmen und außrichten / *ubi Gerlachus Bexder ff. Dominus Aremaus, Bes. Carpzovius.*

XXI. Nam nec superioritas nec jurisdictio quæritur sine voluntate obedientium & subjectionem principaliter intendentium: Proinde consequens est, quod, si incidenter vel alia intentione, quam se subjiciendi obedierint, superioritas vel subjectio inde induci minimè possit, ut dicunt *Innoc. & Abb. in cap. cum olim. 17. de Restitut. spoliat. Mascardus d. concl. 1117. n. 13.* quem sequitur *Matthias Stephani de jurisdict. lib. 2 part. 1 c. 7. n 353. & seqq.*

XXII. Alterius jurisdictionem] Jurisdictionem hic intelligimus illam, quæ passivè exercetur; sive id fiat à principe vel domino territorii, qui habet jus superioritatis, die Oberbotmässigkeit und Gerichtbarkeit & omnimodam jurisdictionem in Geist- und Weltlichen Civil- und criminal Sachen/ sive ab alio quovis magistratu. Jurisdictionis activæ consideratio aliena est à natura subditi, qui ut talis passivè se habet ad jurisdictionem, cùm ea sola tributa sit statibus, magistratibus & nobilibus imperii, *Henr. Andreas Cranius de Pace Religionis part. 2. problem. 2. rat. neg. 3. Gryphiander d. discurs. 26. th. 8. & 9.*

XXIII. Jurisdictio enim vi magistratus & superioritatis competens generaliter subditum facit *Petrus Friderus Mindanus lib 2 de Mandat jud. cap. 46. num. 5.* jurisdictio subjectionem inducit *Rosenthal in Synops. feud. c. 6. concl. 85. n. 9.* ubi dicit, eum esse subditum, qui domicilium sub alicujus jurisdictione habet: Unde etiam *Wehnerus* subditum vocat hominem jurisdictionalem *in Pract. observ. verbo* Landsassercy. Homines enim propriè sunt, in quos jus dici potest, *Matth. Stephani de jurisd. lib. 1. c. 28. n. 4.* & in non subditum nulla cadit jurisdictio *l. fin. ubi Dd. ff. de jurisdict. tot. tit. C. si à non compet. jud. Angelus cons. 217. Cravetta cons. 195. n. 1 Gylmann. part. 2. symphor. tit. 6. vot. 1. n. 23.* subditum proinde à domino possideri ratione jurisdictionis, non aliter *post Bartolum ad c. patrocinia. 13. n. 2. Novell. de Mandat. princip. 17. tradit. Frider. Mindanus d. cap. 46. num. 9.*

XXIV. Ratione constituti domicilii recognoscit] Domicilium est vel naturale, vel accidentale; Illud dicitur originis, quod ex ipsa natura naturaliter venit, & tàm ex propria, quàm parẽtis persona acquiritur, *l. cives 7. ubi gloss. C. de incol. l. 10.* Hoc sive

acci-

ecclesiasticum, quod ex [illegible] comparatur, & domicilium [illegible] incola dici- tur [illegible] domicilium suum contulit *l. pupillus. [illegible] ff. de Verb. Sign. d. l. 10 ff. ad municip. l. 5. C. de incol. lib. 10. [illegible] part. 2. c. 1. n. 28.* Et sub hoc domici- lio [illegible] etiam comprehendo domicilium commune impe- [illegible] qui domicilium habet subditus imperij dicitur, & legibus [illegible] constitutionibus imperialibus subjicitur, *l. Roma. [illegible]* ubi tertiam domicilij speciem [illegible] quinetiam refero domicilium bonorum, quod addit [illegible] & domicilium ecclesiasticum, quod facit [illegible] *57. Gar[illegible] 203. ff. de Verb. signif. n. 2.*

XXV. Et hoc domicilium habitationis est locus, in quo quis habitat [illegible] animo, ut ibi perpetuo consistat, nisi aliud avocet, *per d. l. [illegible] de incol. lib. 10. d. l. 239. §. 2 ff. de V. S.* quod domicilium est potissima subjectionis & jurisdictionis causa, *d. l. cives. 7. C. de in- col. lib. 10. C. [illegible] 1. de for. compet. Rimin aldus jun. cons. [illegible] n. 51. libr. 4. [illegible] de Regim. Sec. [illegible] 4. cap. 3. n. 44.* tribuitque [illegible] jurisdictionem contra ipsum subditum *Menoch. cons. [illegible] n. 73 lib. 10. Andreas Kn[illegible] de [illegible] territ. jure. cap 3. n. 241.* ex domicilio jurisdictio, cui persona subest, judicatur competens & legitima. *D. Bened. Carpzov. lib. 6. Resp. Elect. 38. n. 11* in ejus constitu- tione fundatur subjectio, *per d. l. 20. l. incola 29. ff. ad municip. d. l. 5. C. de incol. D. Caspar Ziegler in commun. concl. ad §. land[illegible], in limit. n. [illegible]* & ubi persona est in consideratione, incolatus inspicitur, *Rimi- naldus jun. [illegible] cons. 553. n. 57. Christoph. Besoldus part. 5. cons. 233. n. 20.* domicilium est [illegible] dandi tutores illi, qui bona sua vel tota vel maximam partem alibi habet. *D. Georg. Frantzk. libr. 1. var. Re- solut. 16 n. [illegible]*

XXVI. Quinimo ea vis est constituti domicilij, ut consi- stentem foro ac legibus illius loci obligat, sive præsens sive ab- sens sit, & omnium ibidem receptorum jurium, privilegiorum ac [illegible] participem efficiat, *Christoph. [illegible] decis. Ca- mer. [illegible] Nur[illegible] de jure princip. [illegible] Ziegler in Comm. concl. §. Scriftsass. n. 6.* & licet alias plures judices sortia- tur reus, forum tamen domicilij habitationis semper generale est

 & or-

& ordinarium, ac prædominatur, vel saltem concurrit cum quolibet alio foro, sive contractus, sive delicti, &c. in tantum, ut ex hoc capite forum adire obstricti subditi sint & dicantur, ex reliquis capitibus licet forum sortiantur, subditi tamen non sint, ut *notabiliter tradit Felinus in cap. fin. num. 23. extra de for. compet. gloss. ordin. in d. Clement. 1. verb. subditos, eod. tit. Matth. Colerus de Process. Execut. part. 2. cap. 1. n. 23.*

XXVII. Ad hujus autem domicilij constitutionem requiritur 1. actus habitationis. Sola commoratio, aut etiam domus possessio domicilium non facit, *l. libertus. 17. §. sola. 13. ff. ad municip. l. 3. & 4. C. de incol. lib. 10.* Ex eo enim, quod quis degit in certo loco, non statim dici potest, quod ibi domicilium habeat constitutũ, *arg. l. fin. C. ubi de crimin. agi oport. Salicetus in l. un. in pr. C. ubi de hered. ag.* Domus namque constitutio facti; at domicilij constitutio juris est, *Math. Stephani de Jurisdict. c. 28. n. 31. Christoph. Besoldus part. 4. cons. 165. n. 5.*

XXIIX. Animus 2. consistendi, sive in loco perpetuò manendi *d. l. 7. C. de incol.* Factum etiam cum tempore conjunctum *in l. nec ipsi. 2. C. de incol.* disertè requiritur, ut scilicet habitationem perpetuam constituerit; aliudque fecerit, unde animus contracti domicilij appareat, *Obrecht de Jurisdict. lib. 3. c. 11. n. 17. Hilliger libr. 17. Donelli enucleati. cap. 12. lit. e.* Unde is, qui propositum ad prius domicilium revertendi habet, continuò quidem dici potest habitasse in priore, sed non in posteriore loco, *Franciscus Vivius decis. 447. num. 1.* si quis ad certum tempus se aliò contulerit, veluti, ut sit castri præfectus, consiliarius, syndicus, legatus, studiosus, & finitâ studiorum causâ, & officijs ad locum sui domicilij rediturus præsumatur, novum in eo loco domicilium contraxisse non censetur, nisi aliæ concurrant conjecturæ, ex quibus domicilium prius relictum esse, manifestum sit. *Joh. Zanger. de Exception. part. 2. cap. 1. num. 20. D. Ben. Carpzovius libr. 2. Respons. 23. num. 9.*

XXIX. De animo verò constituendi domicilij constat vel ex declaratione expressa, vel præsumpta seu tacita: Illa re & facto demonstratur *d. l. domicilium. 20. ff. ad municip.* si quis in aliquam Civitatem eâ mente habitatum venerit, ut ibi perpetuò esset, vitæ quo-

quod illi hic munia obeunda, & illa faciant quæ ejus loci cives faciunt, *l. eos qui 29. ff. ad municip.* Hac, si vera sit declaratio docetur præsumptionibus & conjecturis, de quibus vide *Zanger. de Except. p.* ... Quanto verò tempore per commorationem domicilium contrahatur, DD. non conveniunt: Communiter tamen decennij tempore hoc fieri, per *l. vers. ...* *C. de incol.* ... Tutius tamen id judicis arbitrio relinquitur, cum *Josepho Masc. de probat. vol. 1. concl. 1. ... 544. n. 9. & 10. Zanger. d. cap. 1. n. 18.* ... *vol. 1. discurs. ... 6. de jurisdict. ...* In civitatibus Germaniæ passim incolatus ex consuetudine vel statuto post annum acquiritur, ubi non præsumitur advenam diutiùs ibi commorari, si elapso anno jura civium redimere nolit, *Gail. 2. obs. 35. n. 8.* adde quæ de subditis originarijs pariter tradit *Georg. Ritter de Homin. cap. 1. ...*

XXX. Quemadmodum autem in Germania ubique inter magnates frequentissimum est, daß eine Herrschafft zwey/drey oder mehr ... plures communem jurisdictionem in uno eodemque loco aut pago habere, unamque quandoque provinciam plurium dominatu fatigari, *Gail. de pignorat. obs. 20. n. ... Christoph. Besold. discurs. Polit. de Monarch. cap. 3. n. 5. ... Rosenthal. de feud. cap. 6. concl. 85. n. 10. Casparum Leopold. de concurrent. jurisd. quæst. 12. Petr. Syring. de Pace Relig. concl. 44. lit. a.* (& fuit illustre condominatus exemplum olim inter Galliæ & Hispaniæ Reges, cùm pro indiviso possiderent Regnum Neapolitanum, *Matth. de Afflict. decis. 403. n. 1.* ubi notandum, licet administratio & exercitium jurisdictionis vel temporis vel loci ratione inter condominos sit divisum, nihilominus ipsum dominium jurisdictionis apud quemlibet pro indiviso manere, *Jacob. Wern. Kyllinger de Ganerbinat. discurs. 9.*) ita inter subditos in jure insolens non est, quin diversis in locis quis plura domicilia ejusdem etiam generis habere possit, *textus expressissimi in l. Labeo. 5. l. assumptio. 6. § 2. l. ejus qui. 27. §. Celsus. 2. ff. ad municip. cap. ex parte. 15. extr. de for. compet. cap. cum quis. 2. de sepultur. in 6.* ... *de for. compet.* ... *libellus. 29. de Rescript. Gail. de Arrest. Imp. cap. 6. num. 21.* ... *Cons. 10. n. 35.*

XXXI. Quod tamen aliter non intelligendum est, quàm si quis apertè se declaret, & destinato sit animo, atque animus & vo-

Juncta concurrat. Nam si destinatum animum quis non habeat, utrobique domicilium habendi, non potest dici domicilium duobus vel pluribus in locis contractum d.l.27.§ 2.ad municip. adde quæ tradit D.Ben.Carpz.lib.2.resp.Sect.24.n.4.9 & seqq. Etsi verò quis in duobus locis simul habitare non possit eodem tempore; nihilominus potest quis duo domicilia simul habere, unum in quo magis, alterum in quo minus versetur, Schrvv.man.decis. Cam. 2.n. 21. & si quis plura habens domicilia in uno tantum habitet, in cæteris verò habeat domesticos, qui nomine ipsius possident, & per quos domicilium ibi habere videtur, nihilominus in illis locis, in quibus ille non habitat, eundem homagium teneri, tradit Georg.Ritter de Homag.cap.5.concl.10 Wehnerus in Pract. observ. voce Landsassen. pag.m.467.ubi per c.a, quæ tradit Mevius h.lib.2.cent. 2.cap 86.de arbitr.jud quæst.Gyl.und.decis.46.n.35.& seq.lib.1.

XXXII. Sicut autem concurrente domicilio originis & incolatus ad domicilium incolatus in dubio respicitur, gloss.notab. in c.statutũ §.in his.verb.ur.i dictan. & ibi Dd de Rescript. in 6. Joh. Köppen lib.1 Pract.obsev.20 in fine. ita datâ domiciliorum pluralitate, & concurrentibus pluribus domicilijs, quorum ea aptitudo est, ut aliud principale, aliud minùs principale, quantum ad personæ statum attinet, principalius domicilium attendi debere, controversia caret.

XXXIII. Quæritur hic, an quemadmodum multis in locis Q. quis domicilium habere, ita etiam immediatus & imperii status, qui in alterius status territorio in bonis ibi sitis domicilium contraxit, eo casu illius status subditus & Landsassius esse possit? Aff. Incompatibile n.nõ est, aliquẽ ratione bonorũ, vel etiã domicilii alterius subditum & landsassium, certoq; respectu liberum, & Imperii statum esse, Wilh. Becker in synopsi juris publ.lib.3.cap.2.num.6. Sed notorium, teste Gailio de Arrest.imp. cap.6. n. 16. per totam Germaniam, multos esse in imperio Comites & Barones, qui etsi feuda dignitatum & nobilia ab Imperatore recognoscant, atq; ideò inter status imperii referantur, nihilominus tamen, quia in aliorum principum provinciis dominia & domicilia sua possident, eorum respectu pro subditis illorum principum indubitate haberi, ac proinde ad onera & munera talium provinciarum æquè ac alios

pro

[illegible] tenet. Quod & convenit [illegible] Imp. Augusti de anno 1548. [illegible] in der [illegible] & §. Aber der [illegible].

XXXIV [illegible] autem duo vel plura domicilia ille non habe-[illegible], qui pluribus in locis inæqualiter habitat, vel ratione unius [illegible] *l. 6. § 2. & l. 27. §. Celsus. l. 2. ff. ad munic.* [illegible] hoc quicunq; velit, non tam [illegible] fecerunt, nec ex assidua vel frequenti [illegible] unius loci habitatione, vel [illegible] temporis, nec majoris etiam bonorum partis alicubi possessione [illegible] videtur prioris domicilii animus. Animus vero [illegible] mutandi domicilii nunquam præsumitur, nisi probetur, [illegible] *in c. [illegible] metu. extra de his, quæ vi metusve caus. Joseph. [illegible] vol. 1. [illegible] 5, 4. n. 28.*

XXXV Cum fidelitatis] inter fidem & fidelitatem hîc non distinguo. [illegible] est triplex: una jurisdictionis, altera domesticitatis [illegible], tertia vasallagii. *Herm. Vultejus de feud. lib. 1. [illegible] Jac. [illegible] mann. de jure princip. [illegible]* Et triplicem hanc fidelitatem ab uno & eodem præstari, non est absurdum, [illegible] & subditus, & officialis, & vasallus, licet [illegible] respectu [illegible] uno juramento quandoq; expediri posse. *Vultej. d. n. 7.* Nexus ille, quo vasallus domino [illegible] cui fidelitas juratur, quamdiu res feudalis ab eo detinebitur, mixtus dici potest, judice *[illegible] Exempt. [illegible] 29.* siquidem personam quodammodo afficit quoad ministeria, quæ patrono debet, realis tamē magis, *per l. [illegible] fructuarius 6. [illegible] de usufruct. & cap. [illegible] de vasall. qui contra [illegible] Loth.* [illegible] personalis est, Germanis Lehnspflicht: Alter nexus, qui domesticitatis & familiaritatis dicitur, Raths-ampts-oder Dienstpflicht [illegible] officiales suo domino devinciuntur, sive sint ipsius domestici sive non, magis personalis, quàm realis videtur, [illegible] pertinet. Tertius, & subjectionis nexus, Landshuldigung, Erbhuldigung oder [illegible] pflicht [illegible] subditum, qui ratione [illegible] & domicilii domino [illegible] hic nodo [illegible] ratione cujus dominus [illegible] personas & capita, res [illegible] imperium habet, hujus loci proprius est.

XXXVI Obsequii & munerum præstatione] Licet [illegible] patronis, vasalli dominis, servi heris debeant obse-

qui-

quium, & cliens suo protectori reverentiam quandam, non tamen ut subditi, qui fidem principi sine exceptione præstant. *Bodinus de Republ. lib. 1. c. 7. n. 66.* Caute hic agit vasallus, si verbum (gehorsam) investituræ [veteri præsertim] insertum de novo inseri non patiatur, illudq; ad vasallaticam subjectionem solùm restringi curet: Daß er seinem Herrn gewärtig / und so viel einem Lehenherren ein Lehenmann von Rechtswegen schuldig / gehorsam seyn wolle. *Christ. Besoldus discurs. polit. de stat Reip. subalt. c. 2. n. 2. in fin.* cùm subditi generaliter ad fidelitatem, obedientiam & munerum præstationem se obstringant: Schweren ihrem Erb- und Landes Herren und dessen Erben getrew / Hold / gewärtig / und gehorsam zu seyn / deren schaden zu wenden und zu warnen / Nutz / frommen und bestes zuwerben und zu fördern / und alles das zu thun / was getrewe Unterthanen ihrem Erb- und Landesherren zu thun schuldig und pflichtig sind. *Andr. Knichen de Saxon. non prov jure. verb. ducum Sax. cap. 5. n. 508. Gail. de Arrest. imp. cap. 7. n. 10.* Ex quo benè procedit argumentum à vasallo ad subditum, ut quicquid vasallus teneatur præstare suo domino, ad id teneatur & subditus suo principi, sed non contrà. *Gryphiander in d. disp. de subdit. vasall. & client. th. 55. Ritter de Homag. cap. 1. concl. 31. in fin.*

XXXVII. Honorat quidem vasallus dominum, honorant subditi principem, honorat patronum cliens: sed iste respectu feudi, illi ex obsequio, tanquam generaliter recognitæ jurisdictionis symbolo, *cap. un. vers. si verò. qual. jurar. deb. dom. fidel.* hic ex defensione & protectione: distinguendi igitur sunt honores, honorumque causæ. *Georg. Gumpelzaimer de jure Client. th. 2. sub lit. a. apud Dom. Arum. vol. 2. discurs. Acad. 27.* sic inter dominum & servũ, inter clientem & patronum, autoritas, imperium, potestas discrimen facit, *Rich. Dieterus de Summa summi imp. potest. concl. 13.*

XXXVIII. Porrò munerum præstationem quod attinet; sicut domini tenentur protegere, defendere & tueri subditos, ita etiam æquum est, ut subditi tùm pro curis & laboribus, quos sustinẽt domini; tùm in repensationem expensarum, quas domini facere & erogare debẽt pro pace & quiete inter subditos: tum pro salariis officialium ob justitiam administrandam, onera subeant. *Simon de prat. consil. 100. num. 1. part. 3. Nicol. Everhard. jun. consil. 10. num. 28. Reinking de Reg. Secul. lib. 1 class. 5. cap. 4. num. 96.* XXXIX.

XXXIX. Ad sui defensionem & protectionem [illegible] obedientiam & fidelitatem debent, ita hic [illegible] defensionem & protectionem est obstrictus, *[illegible] Pan-* *[illegible] qu. 3. n. 41. pag. m.* [illegible] Omnis enim magistratus à Deo ad id constitutus est, quo se [illegible] contra vim & injuriam etiam armis, sin aliter nequeat [illegible] defendat *[illegible] Carpzov. de leg. Reg. German. cap. 1. sect. 1.* *[illegible] fol. [illegible]* Postquam enim dominus territorialis à su[illegible] modo recognitus est, ad ejus officium pertinet I. [illegible] bona, res & personas protegat, defendat & tueatur *Theod.* *[illegible] Joh. Georg. Bechb. de Secu-* *[illegible]* ratione protectionis jure ordinario sibi competentis. Quapropter non solum instructus est satellitibus, apparitoribusque, [illegible] & imperium ut mandare possit, quo alijs subveniant, ut docuit *[illegible] de defens. cap. 7. n. 40.* II. Ut territorium malis hominibus purget *[illegible] l. 13 ff de off. præsid.* quod etiam exigunt *[illegible] de anno 1548.* §. Ferner noch zu mehren *de anno 1559.* §. Und haben uns demnach. Jus enim indagandi, conquirendi, [illegible] homines [illegible] ordinariæ cohæret vulgo das Recht des streiffens. *[illegible] hardus vol. 2. consil. 63. n. 8 in fin.* *[illegible] 42. in fin.* Unde [illegible] dixit quondam Philippus [illegible] Princeps: Man soll einen Fürsten kennen bey seiner Strassen Güter Müntz und Haltung beschehener Zusagen, ut refert *Warem. de Erenberg. de Regni subsid. cap. 5. n. 37.*

XXXX. Hinc civium & subditorum bona principis sunt propria, scilicet ratione defensionis, protectionis & jurisdictionis, non dominij & proprietatis, *Seneca de benef. lib. [illegible] 4. 5. & 6. [illegible] Lauterus de censu. lib. 1. cap. [illegible] 8. Richard. [illegible] de* *[illegible] potest. concl. 62. [illegible] de Erenberg. de Regni sub-* *sid. [illegible]* Minime enim confundenda sunt hic tria: I. Jurisdictio loci, quæ est penes superiorem, cum protectione ordinaria. 2. dominium locorum, quod est penes [illegible] universitatis, & 3. dominium rerum & bonorum particularium, quod est penes singulos. Dominium namque soli, Grund und Boden ad principem vel superiorem non spectat: Unde nec jure retra-

 ctus

ctus gaudet, si subditus à subdito quid emat. *Andreas Rauchbar quæst. juris Civ. & Sax. part 2. quæst. 22.* *Christoph. Besold. dissert. de juribus majest. cap. 7. n 3.*

XXXXI. Ex dictis satis superque claret hic non agi de pactitia extraneorum protectione, clientela, advocatia, Schutz und Schirmsgerechtigkeit, cujus tamen capitula caute signanda sunt, ne illa in subjectionē degeneret, atque inde, velut ex durateo & equo Trojano milites, sic insperatæ subjectionis onera prodeant & ultimò emergant) sed de illa, quæ usu & moribus ad jus superioritatis refertur.

Ius subjectionis quid?

XXXXII. Ex hactenus propositis procul dubio perspicuum erit, jus subjectionis nihil aliud esse, quàm jus domicilij ex ordinariæ jurisdictionis recognitione superiori competens in res pariter atq; personas subjectorum ad fidelitatis, obsequii & munerum exactionem.

XXXXIII. Cujus objectum sunt res & personæ. Personæ autem sunt vel seculares vel ecclesiasticæ. Sicut enim secularis, sine subditis, ita sine parochianis nulla jurisdictio ecclesiastica exerceri potest. *Joh. Köppen. dec. ad.* 1 *concl. 2. n. 17.* ubi etiam tradit *sub. n. 18.* quemlibet parochianum dici ratione domicilij. Sed de personis secularibus res fortè caret dubio: de Ecclesiasticis verò lis inter Cc. & Legistas videtur esse perpetua: illis personas ecclesiasticas ab omni jurisdictione seculari eximentibus; his refragantibus. Clerici quidem hodiè non tàm constitutionibus Pontificum, quàm Impp. privilegijs à foro seculari sunt exempti *Novell 83. in pr.* adeò, ut tantùm coram suo Episcopo sint conveniendi. Verùm exinde principi in illos omnē jurisdictionem denegare, ejusque subjectioni penitùs subtrahere nimis durum foret, *Joh. Suevius apud Dom. Arumaeum vol. 2 discurs. Acad 7. de Jurisd. th. 19. n. 1.* Ex jure pariter divino & humano aliud evincit *Carpzov. in Vindic. Juridico-Polit. Theol. Luther ab enormi crim. les. Maj. &c. posit. 33. Besold. lib. 1. Polit. cap. 11. § 5. n. 37.* Ordo quidem sacer & Politicus diversa reipublicæ membra sunt, unius tamen reipublicæ. *Arnold. Engelbrecht. de Jurisdict. imp. concl. 73.* quo sensu olim verissimè dictus *Optatus Milevitanus lib 3. ad Parmen.* Rempublicam non esse in Ecclesia, sed Ec-

cle-

[illegible] eius in republica, Sommerd. th. 9. n. [illegible] in fin. adde plura ex Ec-[illegible] de Ordin. Ecclesiast. part. 4. cap. 2 quaest. 1. & cap 3. Carpzov. de Lege Reg. [illegible] Georg. [illegible] apud Dom. Arum. vol 4. discurs. acad. [illegible] de potest. princip. th. 32.

CAPUT II.

De Divisionibus subjectionis & subditorum: Positio.

XXXVII.

POst visam definitionem juris subjectionis, & subditi, successionis quoque foedere, sequuntur divisiones: I. à causa efficiente alia est originaria & naturalis subjectio; alia accidentaria, adscititia & assumpta: alia voluntaria; alia necessaria. 2. à causa formali, & ratione modi subjectionis, alia est territorialis, absoluta, plena, directa; alia particularis, stricta & minus plena, atque pactitia: Illa etiam simplex, & mera, haec sive particularis subjectio vocatur respectiva, limitata, indirecta, conditionata & secundum quid. Obiter hic noto à populo obedientiae promissionem atque obsequij fieri sub conditione vel tacita vel expressa: Tacitâ, si nimirum magistratus juste & piè est imperaturus, *Steph. Jun. Brut. de Vindic. contra Tyrann. q. 3. fol. 109. & seq.* & habet quaelibet promissio hanc annexam tacitam conditionem, si fides servatur, *cap. pervenit. extra de jurejur. l. cum proponas C. de pact.* Piè: juxta tabulam primam Decalogi: justè: juxta tabulam alteram. *Althus. Polit. cap. 19 n. [illegible]* Sub expressâ conditione fit promissio tam à domino, quam à subditis, quando certi articuli & capitula ab utraque parte communi consensu concipiuntur & approbantur, atque in ea juratur pro statu cujusque reipublicae: Unde etiam Capitulatio nominatur à variis capitulis. *Fried. Hortleder ap. Dom. Arum. vol. 1. discurs. Acad. 26. th. [illegible]* & capitulare est per capita distinguere, articulatim pacisci. *Limnaeus de jur. Publ. lib. [illegible]* sic certa exprimendo ad quae voluerint teneri, declarant se reliquis vinciri nolle, *per l. [illegible] 12. § [illegible] in respons. [illegible]* Ex quo longe utilissimum est quasi quodam amplissimo in speculo ad oculorum libidinem intueri clausulas, articulos, & ca-

& capitula variantia, quibus obediendi & parendi leges continentur; cum ex ijs unâ horâ quandoque plus possit addisci, quam viginti annis vix liceat consequi experientiâ, *Waremund. ab Erenberg in Medit pro fœder lib.2.c.2.pag.152.* 3. ab objecto, alia realis, alia personalis subjectio dici potest. Illa impropria est & ad res saltem restricta, hæc vera, quæ simul personam ligat. Unde à bonorum subjectione ad subjectionem personæ argumentari non licet. *Zach. Victor. de exempt. concl 29.* atque *Cravetta consil. 201. n.16.* quod quis ratione solius possessionis bonorum simpliciter & absolutè non possit dici subditus, ut in eum jurisdictio generalis exerceri possit sicut in alios, qui sunt in loco; sed quod tantùm subditus sit secundum quid, ita nimirum, ut pro tali possessione bonorum conveniri possit coram judice loci, in cujus territorio bona sita sunt, *tot. tit. C. ubi in rem act.* Unde vasallus impropriè subditus domini feudi vocatur, si is universalis & ordinarius magistratus non sit, nec dominus domicilij & territorij, sed tantùm dominus & judex in quæstionibus, quæ feudum concernunt, & cognitionem habeat feudalium litium septis inclusam, nec egredi audeat, *per Clem pastoralis. de sentent. & re judic.* hoc est, in rebus, quæ ad constitutionem, conservationem ac privationem feudi attinent. *Hartmann. Pistor. quæst. jur. lib.1. quæst.13. n.27.* Sola enim bonorum possessio neminem propriè facit subditum. *l. libertus. 17. § 13. ff. ad municip.*

XXXXV. Quanquam autem frequentissimum sit, ut per pacta submissiones fiant, inde tamen aut particularis saltem, stricta & impropria; aut nulla prorsus subjectio sequitur: Ita Cæsar sese submittit Palatino, *Aur. Bull. tit. 5. in fin. Michael Schiferer. de Orig. & pot. Elect. th.66. & seqq. Iustus Gebhard de Sacro Rom. Imp. apud Dom. Aurum. vol.1. discurs. Acad.17. th.13. & seq.* Electores, principes atque status imperij sese submittunt judicibus Austregarum; sed nulla inde subjectio concludenda est: Cessante enim propriæ subjectionis definitione, & definitum cessabit: sed econtrà civitas certis pactis & conditionibus alicui principi subjecta, solùm subdita censetur, quoad illa pacta & expressas conditiones, in reliquis libera permanet, *per l.1. ff. de jure immun. d. l. nō dubito. 7. § liber. 1. ff de Captiv. & postlim. revers. Gail. 2. observ. 54. n.10. Matth. Stephani de Iurisdict. l. 2. par.*

[illegible] publicas civitates in Germania esse, etiam [illegible] *[illegible] 16.* Quando ergo quaedam in certis & determinatis sese subjiciunt principi pactionibus, eo solum limitata subjectio, quae ad alia non expressa minimè extenditur, *[illegible] n. 6. & seq. lib. 1. quem [illegible] part. cap. 4. n. 23.* Pacta quippe submissionem in sese suis terminis non extenditur, & limitata juris [illegible] limitatum producit effectum. *Gail. d. observ. 54. n. [illegible]*

XXXVI. Hinc modus subjectionis respicit potissimum libertatem, quae vel naturaliter considerari potest, vel civiliter: ibi respectu vitae & acquisitionis bonorum, hic respectu eminentioris conditionis, praerogativae dignitatum & honorum, quibus subditi gaudent. Prout autem libertatem, ita subjectionis gradus haud absurde agnoscimus. Regulatur enim subjectionis jus, superioritas & dominium jurisdictionis secundum pacta conventa, conditiones & principium initae subjectionis: quod cum variabile sit, eam etiam variari, augeri, limitari, minui, aliosque effectus producere nullo haud absurdum est.

XXXVII. Subditorum ergo alii sunt eminentioris conditionis, & respectivè modò imperant, qui simul subditorum magistratus vices sustinent, modò parent; alii inferioris conditionis, qui semper parent, nunquam imperant: Eminentioris conditionis subditi in Imperio Romano-Germanico sunt vel immediatè sub imperio, vel mediate.

XXXVIII. Immediati imperii subditi sunt, qui neminem nisi Imperatorem & imperium superiorem recognoscunt, eique homagium praestant. Unde Imperii Recessibus haec inseruntur verba: [illegible] den Gnaden und Pflichten / damit ihr uns und dem heiligen Reich [illegible] und verwand seyd. *Constit. contra Anabaptistas de an. [illegible]* vergleichen / *& passim.*

XLIX. Suntq; trium ordinum: 1. sunt Electores, principes vel principali dignitate illustres. *Ordinat. Cam. part. 1. tit. 1.* Churfürsten / Fürsten / und Fürstenmässige. *2.* Praelati, Comites, Barones, nobiles. 3. Civitates imperiales. *Ordin. Cam. d. part. 2. tit 4. Petrus*

Frid. Mind. de Processib. lib. 1. cap. 16. n. 2. Matth. Stephani de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 3. membr. 3. n. 7. & seqq.

L. Electores, quod obiter hic noto, a potestate, quam habent eligendi caput Imperii, dicuntur, *Aurea Bulla Caroli IV. tit. 2. §.* und wann die Chursürsten. Kühren enim, Germanis priscis est eligere, ex quo nobis remansit außerkohren quod idem est ac außerwöhlet. *Christoph. Besold. in. Tract. posthumo juris Publ. part. 3. cap. 7. in princ.* Vocati sunt olim Septemviri à numero, quo collegium eorum absolvitur: hodiè tamẽ publicæ tranquillitatis causâ Electoratus octavus institutus est. *Pacificatio Osnabrugensis de anno 1648. artic. 4. §.* so viel das Haus Pfaltz betrifft. huicq; eligendi Imperatoris jus non ut singulis, sed ut universis, atq; toti collegio competit. *Petrus de Andlo tr. de Imp. Rom. lib. 2 cap. 3. adde Henr. Bruning. de var. univ. speciеb. concl. 10. lit. a.* quod electionis jus iis absolutè commissum est. *Æneas Sylvius in Descript. Germ. c. 59. Mich. Schifer. de orig. & potest. Elect. th. 18.*

LI. Rationem autem tàm Ecclesiastici, quàm secularis ordinis ad Electorium ἀξίωμα adsciti in eo collocant, quod uti olim clerici unà cum reliquis proceribus Imperatorem sibi elegerint, ita postea quoq; electionis jure in paucos translato, voti sui capaces æquè ut seculares esse debuerint, præsertim cùm jam Ludovici Pii ævo præsules & Antistites Imperii principes effecti essent, & sic duplici ordine Romanũ Imperiũ decoratum conspiceretur. *Knichen de Sax. nonprov. jure, verb. Elect. c. 1. n. 319. Bernh. Bertram de comitiis memb. 3. th. 3. in fin.* Crediderunt enim veteres principes sine sacerdotum & Episcoporum præsentia nihil magnum feliciter se absolvere posse, & ita demùm rectè omnia processura, si religionis antistites suis consiliis præsentes haberent, *Petrus Heigius part. 1. quæst. 4. n. 61.* Libertatiq; subditorum magis prospectum videbatur, magisq; conscientiosè res graves peragi præsumebatur, ubi Ecclesiæ addictæ personæ forent præsentes. *Christ. Besold. de Jure publ. part. 3. cap. 8. in princ.* Ex eo, quod sollicita vetustas Clericos literarum peritiores laicis putârit, utpote qui tenerentur literas scire, Archi-Cancellariorum imperii dignitas solis Clericis delata videtur *Ekkardo jun. De Cas. monast. S. Galli. c. 11 Æmilio Chreggren de Septem S. R. officialib. assert. 9. adde Joh. Limnæum de Jure Publ. lib. 3 c. 3. n. 11.*

LII.

LII. Sicut autem immediati imperii cives & subditi non omnes ejusdem sunt conditionis, ita neq; mediati. Subditi mediati sunt, qui non imperatori & imperio, sed aliis superioribus & [illegible] immediatis immediatæ subjectionis nexu devinciuntur, quibus etiam [illegible] & alia subditorum onera exhibent, manente tamen [illegible] Imperatoris & imperii, tanquam superioris auctoritate. Mediati eminentioris conditionis sunt Principes, Comites, barones, nobiles, civitates, literati & milites, qui aliis [illegible] immediate parent, sed non æque status sunt. Imò sunt in imperio immediati cives, qui tamen status non sunt, textus est *in Recess. [illegible] de anno* 1 [illegible] §. Und wollen wir. ibi: gegen denen/ [illegible] Stände des heiligen Reichs / iedoch dem H. Reich *immediatè* [illegible] *Recess. August. de anno* 1548. §. Wiewol auch. [illegible] nicht *immediate* Glieder und Stände des H. Reichs gewesen. sic liberi imperii nobiles (die Fränckische/ Schwäbische und Reinische Ritterschafft) sunt quidem imperio immediatè subditi, sed non status. *[illegible] Cluten in Syllog. rer. quotid. concl 26. sub lit. K. adde [illegible] de Reg. [illegible] cl. 5. cap. 10. per tot.* Diversa itaq; sunt, statum imperii esse, & imperio esse immediatè subjectum *Cluten. d. concl. [illegible] lit. K.* & latius patet immediatè subjectum, quàm statum esse. *Autor [illegible] Camer. in verb. nobilitas fol. 235. vers. immediati.*

LIII. Ad constituendum autem immedietatis effectum, [illegible] vel personam esse immediatè subditam, vel bona in, sub, [illegible] imperio habere & possidere, ut apparet ex *d. Recess de anno* [illegible] §. Wiewol auch in der Ringerungs-Handlung. *Gail. de arrest. cap. [illegible] de Exempt. [illegible]* ubi erudite declarat, aliud esse [illegible]: aliud sub imperio: aliud in imperio immediate bona possidere: illud causam possessionis, istud subjectionem; hoc situm [illegible]. Hinc unus idemq; pro diversitate bonorum, quæ possidet, [illegible] quorundam ut mediatus, ratione aliorum ut immediatus [illegible] potest, per *d. Recess. de anno* 1548. §. auch der Grafen von Tübingen halben etc.

LIV. Subditi immediati & mediati autem vel sunt imperii status, vel non, extraq; numerum statuum constituti. Si status; [illegible] Imperatoris & imperii subditi & vasalli regulariter sunt simul.

mul. Hinc dicuntur, unsere und des heiligen Reichs Churfürsten/ Fürsten etc. Unsere und des Reichs Unterthanen und Getrewen. *Ordinat. pacis profanæ de anno 1521. in princ. R. Imp. de anno 1542. §.* hierumb *& passim.* si non status & mediati homagium alii præstent. nihilominus in omni juramento, fide & obligatione, Imperatoris & imperii tanquam superioris excipitur & reservata censetur autoritas, cui fidelitatis sacramento, & quidem fide ligiâ, ac homagio supremo devincti sunt, *cap. Imperialem. ✝. fin & ibi Dd. de prohib. feud. al. per Frid. cap. venientes. & ibi gloss. de jurejur. Modestin. Pistoris consil. 24. n. 26. vol. 1.* R. A. *de anno 1555. §.* Und sollen die jenigen. *ibi:* gegen wem das were/ keine andere weder allein die Pflicht/ damit sie der Röm. Keys. Majestät und dem H. Reich zugethan und verwand seynd/ hierin ausgenommen und vorbehalten.

LV. Subditi imperii status Reichsstände ita dicti sunt ad differentiam aliorum statuum cujusq; provinciæ qui Landstände/ & subditi ferè sunt privilegiati: Status dicti, quod in illis ceu membris, i. e. basibus & columnis ipsum imperium stet & subsistat; inquit *Goldastus de Regno Bohem. lib. 3. c. 3. n.* 4. Fieri enim non potest, ut status quis sit reipublicæ, nisi ejusdem quoq; sit civis ac subditus. *Bertram de Comitiis membr. 3. th. 26.*

LVI. *Status sunt vel ecclesiastici vel seculares*: illi nudi tantùm sunt dispensatores, administratores ac usufructuarii: hi verò, sive seculares jus suum tanquam patrimoniale ad masculam progeniem transferunt, & successores habent, plenioreq; administratione fruuntur. *Ziegler ad Praxin Calvoli. §. Landsassii. concl. 1, n. 4. Wesener. Pract. obs. verb.* Stand des Reichs. Quorum cum alii successione, ut seculares; alii electione ut ecclesiastici ad principatum deveniant, hi non eâ libertate suos, quâ illi sibi subjectos constringere valent. Illi siquidem quorum in manu eligendi, quos velint, jus est atq; potestas, electos quibus velint, constringere possunt legibus ac certis conditionibus, quibus Princeps ad imperium evehitur. *Carpzov. de Leg. Regia German. cap. 1. sect. 1. n. 18. & seq.*

LVII. Mediati eminentioris conditionis ulterius *vel* utuntur certis regalibus, privilegiis & libertatibus ex conventione & reservatione, *vel non*; suntq; pure landsassii: Priori modo juramentum fidelitatis & homagium salvâ tamen exceptaq; personæ

& sta-

& [illegible] libertate, [illegible] iisdem juribus & privilegiis, ideoq; plerumq; [illegible] vel ita denegatis præmissâ protestatione [illegible] non item.

LVIII. Hoc namq; in universo orbe receptum dogma est, mutuum contractum homagialem inter magistratus & subditos respectivâ constare obligatione, & huc tendere, ut & subditi in suo statu, sive honoribus, privilegiis, juribus, libertatibus à magistratu & magistratus à subditis in suo statu conserventur & bona fide defendantur. *Georg. Ritter de Homag. cap. 1. concl. 38. & ibi citati.* Notissimum etiam est, quod permultis comitibus, baronibus ac liberis nobilibus, ut & civitatibus, eorumq; libertati, castris ac fortunis subinde fiant insidiæ, quo ad Landsassiatum reduci possint, *Autor der* Donawertischen *information p. 1. fol. 165. Bechtius de Secur. [illegible] 6a.* ubi dicit Landsassiatum à potentioribus tanquam rete quoddam extendi. adde *Casp. Ziegler in Comm. concl. ad Prax. Cancell. in limitat. ad §. Landsassi. n. 51. & seqq.*

LIX. Idcircò vel protestatione quandoq; homagium præstitum suæ libertati & juribus consultum eunt: Ita in præsentia Ducis & omnium Ordinum B. protestati sunt Comites de O. *d. 22. April. anno [illegible]o.* Seynd E. F. G. als ihrem Landesfürsten von allem dem/ was sie von E. F. Gn. als Landsassen innhaben/ unterthänig Erbhuldigung zu thun urbietig/ doch mit dieser protestation/ daß ihnen solche Erbhuldigung an ihren Graffschafften und Herrschafften/ und derwegen an ihren vorgethanen Pflichten/ Regalien und Freyheiten/ damit sie der Keyserl. Majestät und dem H. Reich zugethan/ [illegible] derselben unabbrüchig und gäntzlich unnachtheilig seyn. *referente Schwanmanno decis. Camer. [illegible] n. 87. pag. m. 162.*

LX. Landsassen vulgò hominem jurisdictionalem, cui in omnibus præcipi ac mandari potest à domino territorii, cui homagium præstat, quemq; pro suo agnoscit ac nominat Erbherren und Landesfürsten vocant: *Schwanmann. d. decis. 10. n. 31. & 32. Wehner. in Pract. observ.* voce Landsasserey. *Ziegler in Comm. Conclus. ad [illegible] n. 14.* Quam descriptionem tamen in mero & puro landsassio exaudies, adde omninò *Schwanm. d. decis. 10. n. 11. & seq.* Nam si quis ratione bonorum particularium juratus Landsass, ratione personæ verò comes & status sit imperii: Tali in casu obedi-

entia respectivè, non absolutè accipienda est, alioqui dignitatem imperii absorberet. Neq; enim munera & onera, quæ subeunt Comites ratione bonorum jurisdictioni Ducum subjectorum referenda & aggreganda sunt ad oppressionem dignitatis impetratæ: Cùm fidelitatis, obedientiæ & subjectionis diversi gradus sint, *cap. un. §. fin. & ibi communiter FF. qual. jurare deb. vasalli.*

LXI. Landsasserey est jus domicilii in prædiis territorii, subjectionem & obsequium domino territorii debitum includens. Qui Landsassiatus sequitur personam landsassii activè & passivè, ut umbra corpus. Et sicut pater sine prole, sic Landsaß sine prædio & domicilio dici nequit *Schwanmann. d. decis. Cam. 10. n.* 87. adde *Webnerum in Pract. observ. d. voce* Lands. Suntq; Landesfürst/ Landesfürstliche Obrigkeit/ Landsaßen und Landsaßerey correlativa. Constat proinde ex dictis landsassium esse subditum, & nihil aut parùm ab hoc differre, potissimùm respectu domini territorialis, uti etiam monet *Bidembach. quæst. nobil. 1. n. 5. Christ. Mingius de Superior. territ. cap. 5. concl.* 65. Quamvis alio respectu negandum non sit, landsassios tamen aliquantulùm esse digniores cæteris subditis, cùm Landsaßen/ ut plurimùm dicantur nobiles mediatè imperio subjecti, (eines Fürsten Ritterschafft/ oder die Landschafft) qui hodiè plerumq; duplex, & propter rem feudalem & propter subjectionem domino territorii, juramentum præstare coguntur.

LXII. Horum landsassiorum, sub Electore & Ducibus Saxoniæ, atq; alibi, alii sunt & vocantur Ambtsaßen; alii Schrifft- oder Cantzeleysaßen. Ambtsassii sunt, qui mediatè principi subjiciuntur, & coram eiusdem toparchis, præfectis seu quæstoribus in prima instantia conveniuntur, die unter Aembtern sitzen. Schrifftsassii sunt, qui immediatè principi subjiciuntur, quibusque princeps aut eius nomine Consiliarii ex Cancellaria (à qua etiam Cantzeleysaßen denominantur) imperant, sive qui pro prima instantia etiam in Curia, im Hoffgericht/ conveniuntur, Churfl. S. Ober-Hoffgerichts Ordn. zu Leipzig/ Rubr. Wer vor das Oberhoffg. mag geladen werden. *Matth. Webner. in voce* Ambtsaßen. *Cluten. in Syllog. rer. quot. concl. 26. lit K. Ziegler ad Prax. Calvoli. §. Schrifftsaßij. n. 1. 2. 3. concl. 1. & concl. 2. n. 1. & 2.*

LXIII. An tamen subditi fortius adstringantur principi suo

suo immediato, quod vulgò dici solet, quàm Imperatori, & alii Q.
mediato, quæstio oritur? Affirmativa sententia verissima est 1. pro-
pter juramentum, quod subditi immediato suo domino speciali-
ter præstare tenentur, & propter specialem jurisdictionem, quam
ipse habet: Cui proinde duplici ex capite sunt obstricti, mediato
verò & Imperatori tantùm ex capite universalis jurisdictionis,
cum citatis *Georg. Ritter de Homag. cap. 4. concl. 8.* Germaniæ et-
iam Duces, Principes & alii immediati respectu Cæsaris quoad
concessos Ducatus, Comitatus &c. & suos subditos jus utile ha-
bent & recognoscunt Imperatorem & Imperium pro superiore.
Christoph. Besold. de Statu Reip. subalt. cap. 3 n. 2. Longè autem
potentius est dominium jurisdictionis utile in exercitio, quam di-
rectum. *Andr. Knichen de pact. vest. part 2. c. 1. n. 31. & 32.* Hinc
2. subditi vivunt legibus suorum principum, iisque subjiciuntur
etiam sine assensu Imperatoris. *Decianus Resp. 56. n. 2. vol. 5* Primò
enim attendi debent jura municipalia, quam communia & Impe-
rialia, illa siquidem his derogant § *jus autem. 1. Inst de I. N. G. &*
Cæs. Knichen de Subl. territ. jure cap. 1. n. 305. Joh. Köppen lib. 1. Pract.
observ. 10. n. 19. Accedit 3. quod Imperator & superior magis supe-
rioritatem, quam mediatè subditorum probitatem respiciat.
Christoph. Mingius de Superior. territ. cap. 2. concl. 24 Christ. Besold.
de Stat. Republ. subalt. cap 1 n. 2. 4. Qui non fructus jurisdicti-
onis, [illegible], bonorum vacantium, pœnarum, mulctarumq;
compendia, onerum realium & personalium præstationes in im-
mediatos Principes & territoriorum dominos non redundant? ne
feuda quidem, aut bona allodialia à vasallis & subditis principum
& statuum Imperii mediatis reis Imperator ex crimine læsæ Maje-
statis (quod tamen Imperatorem inprimis injuriâ afficit *Besold. de*
Jur. Publ. p. 2. c. 2. p. 211.) aliòve delicto commissa fisco Cæsareo
applicat, sed eorundem confiscationem statuum arbitrio liberam
relinquit, etiamsi dominus immediatus simul non fuerit offensus,
quò tamen inclinant *Antonius Gimta consil. 1. & Besoldius d. c. 2. in*
fin. Idque hodie clarè dispositum in Regia Capitulatione Ferdi-
nandi III. Imp. Augustissimi. § Wir gereden und versprechen auch/
ibi: Daß wir die Churfürsten und Stände des Reichs mit ihren an-
gehörigen Lehen/ sie seyn auch gelegen/ wo sie wollen/ wann deroselben

Vasallen oder Unterthanen solche ex crimine læsæ Majestatis oder sonsten verwirckt / nach ihrem Willen schalten und walten lassen: & paulò pòst in verbis: Gleicher Gestalt die allodial Güter / so vorgesetzter massen ex crim. læs. Maj. oder sonsten verwirckt / und in deren Churfürsten und Stände / so mit den juribus fisci belehnet / oder dieselben sonsten beständig hergebracht / Landen gelegen / nicht einziehen / sondern die Landes Obrigkeiten oder Dominos Territorii mit deren Confiscirung ohne einige Hinderung gebahren lassen wollen.

LXIV. Priusquam verò ad alia digrediar, operæ pretium fuerit, si subditorum adhuc alias quasdam distributiones desultoriâ quasi operâ delibavero. Alicubi locorum subditos alios faciunt Centenicos, alios Voigtheicos: Illi, so Centbar præstant centenicam fidelitatem die Centpflicht / & inde dicuntur Cent Unterthanen; Voigtheici verò juramentum assecurationis. A centena quidam eximuntur, ut ad onera subeunda non teneantur: Centfrey sunt etiam domus privilegiatæ, daß man nicht darff einfallen / sondern der Thäter wird herauß geliefert. Inter quos Centenæ & Voigthejæ subditos, diversos dominos agnoscentes magna differentia est. *Knichen de jure territ. cap. 4. num. 288. & seqq. Wehnerus Pract. observ. voce* Zent. *pag. m. 704.*

LXV. Subditorum alii originarii, Eingebohrne / qui originem ex eo territorio vel loco à patre vel avo subdito trahunt, unde & cives naturales vocantur; alii assumpti seu adscititii, Einkömbelinge / qui cùm alibi sint nati, unde etiam voluntarii cives dicuntur, consensu & suffragio magistratus civitatis jus certo pretio redemerunt. *Ritter d. tr. cap. 5. concl. 99.* Sic multùm refert, feudalisné rei, an personæ intuitu subditus quis alteri dicatur *Zach. Victor de Exempt. concl. 22.* ex quo distinguunt Dd. inter subditum ratione feudi; & subditum ratione jurisdictionis, *vide Ritterum d. tr. cap. 1. concl. 29. & ibi citatos.*

LXVI. Subditus quis esse potest quoad quid, ut non sit subditus quoad alia. *Bartolus consil 69.* & noti juris est, subditum aliquem esse posse vel respectu jurisdictionis simplicis tantùm, vel ratione omnimodæ jurisdictionis, *Christoph. Schwanmann. de: ju. Cam. 10. n. 114.* Post Joh. Dauth. in Hypotyp. *Christ. Besoldus de*

Stat.

[illegible] alios facit pactitios, alios privilegiatos, ali-
os [illegible]. Subditi pactitii sunt, qui olim liberi fuerunt
[illegible] in potestatem [illegible] submiserunt sua sponte [illegible]. Qui
enim in [illegible] certis fœderibus pervenerunt, vel in deditione
sibi reservarunt certas conditiones, suas leges & privilegia, tales
[illegible] plenitudinem potestatis non subditi dicuntur *Alberi-
cus Gentil. [illegible] fol. 14.* Privilegiati vocantur propter pri-
vilegia, quæ obtinent. Exempti dicuntur, quod aliquando fu-
erunt immunitate, contractibus verò, aut præscriptione quoad
certa jura exempti: vide *Clarum in Syllog. Rer. quot. concl. 27. lit. f. g.
h. [illegible] concl. 13.*

LXVII. Omnes ab Imperatore Romano inferiores in du-
plicem ordinem distribui possunt: Quorum quidam eidem arcti-
ori vinculo obstricti sunt, quidam verò ejusdem Majestatem tan-
tùm comiter observant, *arg. l. 7. §. 1 ff. de captiv. de quibus vide
Dom. Arum. vol. 2. disc. Acad. 7. de jurisd. th. 19. n. 4 inf. Besold. ju-
ris publ. [illegible] n. 4. & 5. in princ.*

LXVIII. Sub Religionis intuitu Imperii cives dividuntur
in Catholicos & Protestantes sive Augustanæ Confessioni addictos.
Quicquid enim juris aut beneficii, cùm omnes aliæ Constitutio-
nes Imperii, cùm Pax Religionis & publica transactio Pacis Osna-
brug. in eaque decisio gravaminum, ceterisque Catholicis & Au-
gustanæ Confessioni addictis statibus & subditis tribuunt, id etiam
[illegible] inter illos Reformati vocantur, competit. *Pacificatio Osna-
brugensis de anno 1648. artic.* Es ist auch von der Röm. Käys. Ma-
jest. & in princ. & paulo post: Sic / intellige Protestantes, in zwey
Theil getheilet. Aliis respectibus aliæ quoque dantur civium im-
perii divisiones, utpote [illegible] Imperio diversa in fœdera, alij dicti
[illegible], alii Neutrales, alii Uniti & Correspondentes, *Besoldus de
[illegible] Imp. Rom. Quæst. [illegible] p. 30.*

LXIX. Subditi considerantur etiam vel collectim; vel sin-
gulatim; ut Civitas Imperialis immediatè paret imperio, estque
[illegible], tanquam universitas, non verò ut singuli cives, quo
respectu nec immediati, nec status sunt, adde *Reinking. de Reg.
Sec. lib. 1. Class. 5. cap. [illegible] n. 28 & 29.* Civium ordines autem Civita-
tum distribuuntur 1. in Senatorium seu Patritium: 2. Mercato-

rum nobiliorum: 3. in opificum tribus & fecem plebis. *Reformat.* Guter Pollcey zu Augspurg *de anno 1530.* § Von Bürgern etc. *ibi:* Nachdem in Städten gemeiniglich dreyerley Bürger und Innwohner seynd/ als gemeine Bürger und Handwercker/ Kauff und Gewerbsleuthe/ und andere/ so im Rath von Geschlechtern/ etc.

LXX. Hactenus dictum fuit de primariis sive eminentioris conditionis tàm immediatè, quàm mediate subditis, statibus & non statibus, imperii; transeo nunc ad secundarios & inferioris conditionis subditos, qui semper parent nunquam imperant: Hi sunt vel negotiatores seu mercatores; vel mechanici, uti aurifabri, pistores, agricolæ &c. de quibus passim consulantur Politici.

Transitio.

Q. LXXI. Quæritur hic, an nautæ, mendici, alijque vagabundi, quibus totus mundus est unum territorium, subditis sint accensendi? Vagabundi dicuntur, qui nusquam quod apparet, certâ sede, habitationeque consistunt, licet domicilium originis ratione habeant *d. l. ejus qui. 27. §. Celsus. 2. ff. ad municip. l. 4. §. prætor ait. 5. ff. damno infect.* parumque juvabit nosse domicilium vagabundi, inquo conveniri nequit, eo ipso, quod est vagabundus, & ibidem non reperitur. Absonum certè foret, quot locis quis navigans, vel iter faciens delatus esset, statim tot locis eum pro subdito haberi. Hinc JCtus eos sine domicilio *d. l. 27. §. 2. ad municip. l. 17. §. 1. ff. de pœnis.* Philosophus ἀπόλιδες sine lare, sine lege, tribuque esse dicit: imò in Jurisprudentia momentaneum ejusmodi subditum non attendimus, nec consideramus juxta illud: nusquam est, qui ubique est. Quamvis Practici eos ibi velint conveniendos esse ratione contractus vel delicti, ubicunque reperiantur. Adde *Carpzov. lib. 2. Resp. El. 25. per tot.* Magna differentiæ intercapedo intercedit in subditum & peregrinum. Commorandi jus aut domicilij aut hospitij est, illud incolas, hoc peregrinos facit. Incola à cive differt, quod jura & privilegia civitatis non habeat *l. 7. C. de incol. libr. 10.* Incola verò vel subditus à peregrino, advena & hospite differt, quod ille larem & domicilium cum omnibus habitationis commodis in civitate sine civitatis jure tamen habeat *d. l. 27. §. 1. ff. ad municip.* Hic verò præter hospitandi & transeundi commoditatem nihil. Unde Coloniæ Agrippinæ & alibi civium nomina in matriculam urbis authenticam; incolarum verò (der

Satz-

Sat oder Pfalbürger) ad tabulas peculiares referuntur, teste *Johanne Sibrando part. 1. juris Lubec. sect. 27. in summar. n. 10.* Omnis ergo subditus vel civis, vel incola erit, quamvis hi quoad subjectionem nihil differant, & civium appellatione veniant non tantum ij, qui sunt de civitate, sed etiam, qui sunt de diœcesi, & parochiani ecclesiarum civitatis, die in eine Stadt verpfarret / licet longe extra muros extendatur parochia. *Gylmann. symph. part. 2. tit. 1. vot. 3. n. 13. Besold. 1. Polit. 12. n. 57.* Incolatus quidem bene subditum, sed civem non facit. *Gryphiander d. disput. de subdit. vas. & themat. inter discurs. Acad. Arumaei vol. 2. disc. 26. th. 47.*

LXXII. Quasi incolæ sunt, qui in alieno territorio bona possident, sed ibi domicilij sedem nec collocatam habent nec ad homagium obstricti sunt. *Besold. lib. 1. Polit. c. 11. §. 2. n. 2. Bruning. de var. univ. spec. corol. 34.* Et hi sunt, quos Practici forenses, vulgò auswirthliche vocant, quia non sunt de corpore incolarum, sed foris habitant, *vide Alem. consil. juris 5. dub. rat. 4.* Et hos forenses teneri de bonis alibi sitis collectas solvere etiam pro hospitationibus & oneribus in transitu militum factis Einquartirung und Durchzügen tradit Facultas Jurid. Marpurg. in Resp. juris *apud Joh. Wilh. Rotenstrunck* im Rechtl. Bedencken von Anlage *&c. n. 519.* sub hac tamen limitatione, si scilicet illi sumptus ad justam æstimationem reducantur juxta qualitates personarum & cibariorum valorem, & pro ratione commodi & utilitatis, quam forensis in suis bonis percipit. Æqvum enim id est, ut qui plus protectionis, plusque commodi sentit, is etiam plus oneris ferat, per vulg. Incolæ & cives in personis & bonis protectione fruuntur, forenses tantùm in rebus: illi commodius suis rebus utuntur, quàm absentes forenses: ipsi pascuo & aquâ fruuntur, quibus carent forenses: ipsi cum militibus comedunt & potant, & hoc forensibus imputare conantur: forenses in loco domicilij sua onera portant, ipsi uno in loco tantùm. *adde omninò, quæ novissimè tradit D. Georg. Frantzkius variar. Resolut. lib. 1. resol. 20. n. 20. & seqq. per tot. Friderus Mind. lib. 2. de Mandat. cap. 45. n. 8. & cap. 46. n. 8.*

CA-

CAPUT III.

DE

Modis, quibus quis efficiatur subditus.

Positio

LXXIII.

QVamvis dici possit, omnibus illis modis in genere subjectionem acquiri, & subditos effici, quibus acquiritur superioritas, veluti jure belli (quod victori omnem in victos superioritatem tribuit,) concessione principis per modum feudalis beneficij seu investituræ sub nomine & qualitate der Landes-oder hohen Ober-und Herrligkeit / præscriptione, consvetudine, electione, successione; derelicti occupatione, donatione & similibus: Magis tamen in specie subditum effici tradunt I. Origine seu nativitate *l. 1. & 6. ff. ad municip. l. cives. 7. C. de incol. lib. 10. Vultejus Jurispr. Rom. lib. 1. cap. 15. Georg. Braudlacht juris Publ. libr. 4. cap. 4. n. 4.* 2. domicilio *d. l. 4. C. de incol. lib. 10. l. incola 29. ff. ad municip & per l. si ex possessione. 4. C. ubi causa status agi deb.* adde quæ cap. 1. posit. 10. dixi, & ibi citatos. 3. delicto, uti vult Tilemannus de Benign. in Syntagm. *decis. Cam. 2. decad. 1. vot. 5. n. 12.* quem refert & sequitur *Ioh. Dautb. in Consil. de Homag. in fine.*

Causa efficiens propinqua.

LXXIV. Verùm delictum subditum non facere vel ex eo constat: quia habens jurisdictionem criminalem nullum competentiæ jus habet, nisi delicto commisso: differunt autem forum sortiri & subditum esse, & forum sortiri alicujus judicis propter causas centum novendecim quis potest, quarum una tantum est domicilium proprium sive subjectio, uti ex Bossio, Mar. Socino, Sigism. Scaccia refert *Georg. Ritter de Homag. cap. 7. concl. 187.* Unde nec à foro privilegiatus continuò à subjectione eximitur, monente id Thomâ Michaele *de Iurisdict. concl. 22. sub lit. a.*

LXXV. Subditum facit etiam adlectio sive receptio, quæ fit conventione & mutuo recipientis & recipiendi consensu: Novos enim subditos spontaneo motu, pactove aut stipulatione effici, atque ita jus subjectionis induci posse constat *ex c. grandi. 2. de Supplend. neglig. prælat. in 6. l. cum scimus. 22. C. de agric. & censit. lib.*

lib. 11. l. fin. C. de commerc. Andr. Rauchbar part. 2. quæst. jur. Civ. & Mev. ad jus Lub. & ibi alios. Fridericus Husanus Tract. de propr. hominum cap. 1. n. 34. Et hanc nationum allectionem à novissimis diebus cautam, notat *Gothofredus ad d. l. 7. C. de incol.* alioquin providentiæ divinæ cursus impediretur.

LXXVI. Nec enim natura nos certo solo quasi adscriptitios affixit, sed totum orbem inhabitandum concessit, ut patria sit, ubicunque animo bene est. Quod ipsum naturali libertati à Romanis magno in pretio habitæ admodum consentaneum est. Durissimæ quidem conditionis homines adhuc in Westphalia reperiuntur, qui sine nobilium aut dominorum suorũ consensu ex ipsorum territorio nequaquam migrare, & alienæ jurisdictioni se subjicere, sicut nec filias (quod majus est) aliò nuptum dare possunt, *Gryphiander d. disp. th. 33.* quibus persimiles, quos Saxo vocat lassen/ quasi relictos in provincia gelassen/ne inde decederent, sed terram assiduè colerent. de quibus vide Wehner. in voce lassen. in Pract. Observ.

LXXVII. Parùm verò à specie servientium differunt, quibus facultas non competit recedendi, *l. nihil. 2. ff. de Libero hom. exhib.* Nec enim magistratus autoritas in eo consistit, ut vel invitum retinere, vel nolentem subditum expellere possit. Indeq; alia loci patria, alia juris est. *Cicero 2. de Legib.* patriam inquit, & eam dicimus, ubi nati, & illam, quâ excepti sumus.

LXXVIII. JCti autem quia teste Duareno *ad tit. ff. de Just. & Jure cap. 1.* magis τὸ ὅτι, quàm τὸ διότι inquirere solent, atq; domicilium veluti generaliter recognitæ jurisdictionis necessarium consequens & fundamentum est, non quidem quà constituendum, sed quà constitutum, simpliciter dici poterit cum *Joh. Gryphiandro d. disp. th. 18.* solum domicilium habitationis sufficere ad hoc, ut quis subditus dicatur, quippe quod subditum à posteriori magis arguere videtur. *dissentit Mindanus d. lib. 2. de Mandat. cap. 48. n. 1. & 8. Martinus Magerus de Advocat. cap. 9. n. 162.* qui & homagium requirit. *Conrad. ab Einsiedel de Regal. cap. 4. n. 10. & alii.*

LXXIX. Hinc sola origo, contractus, delictum subditum non facit, *Mindan. d. c. 48. n. 5. Ritter de Homag. c. 1. concl. 27.* nec servitus personalis vel anonyma. *Gail. de pignorat. obs. 8 n. 5.* *[illegible] de Ex-* *Quæ subditũ non facere putantur.*

de Exempt. concl. 22. nec servitus personalis ad præstandas angarias & similes operas serviles, ut Frohndienste/ nec operæ, quas nobilibus subditi debent: Dienst/ Frohn/ alltägliche Frohndienste. Hæc enim operæ, non vi jurisdictionis, sed ex contractu vel præscriptione descendunt. *Besoldus de jurib. majest. cap. 7. n. 14.* imò ne ipsum jus mancipii, sive proprietatis hominum, die Leibeigenschafft. Nam aliud est servum aut mancipium, colonum aut censitum gült- und Zinßmann esse; & aliud subditum esse. Potest quis esse servus vel colonus meus ratione glebæ & operarum, ut tamen alterius sit subditus ratione territorii & domicilii. *Gail. d. obs. 8. n. 5. & seqq. Frider. Mindan. d. c. 46. n. 9. Mynsinger cent. 1. obs. 12. in fine.* Nisi ergò servitutes jurisdictioni cohæreant, à subjectione omninò discernendæ sunt, per text. singularem *in l. Coloni. 2. C. in quib. caus. col. cens. lib. 11. facit huc l. un. C. de Colon. Thrac. eod. lib.* nec præstatio pensionis ullam subjectionem inducit *Schönborn. 5. Polit. 10. in fin.* nec protectio, clientela & advocatia, nec confœderatio jurisdictionem tribuit, vel subjectionem inducit in eum, cui quis adhæret, *cap. ex parte, & ibi Abbas. extra de privileg. Albert. Brunus consil. 86. n. 3.*

LXXX. An sola bonorum possessio faciat subditum quæritur? Negatur, siquidem ex eo, quod quis aliquo in loco fundum possidet, incola illius loci, vel ibi domicilium habere reputari nequit, idq; (1.) *per d. l. libertus. 17. §. sola. 5. & 13. ff. ad municip. cap. ex parte. 15. extra de for. compet. Gail. de Arrest. imp. cap. 6. n. 8. Schwanmann. decis. Cam. 7. n. 12. Vultej. 1. Feud. 6. n. 5. Christ. Besoldus part. 5. consil. 233. n. 16.* & ratione solius bonorum possessionis subditus quis dici jure non potest, *per l. rescripto. 6. §. ult. ff. de muner. & honor. Besold. d. consil. 233. n. 16. & ibi citati. D. Georg. Frantzkius Var. Resolut. lib. 1. Resol. 20. n. 24.* cum citatis. Neq; publica juris autoritas propter solam domus vel possessionis causam aliquem subjugari sinit; inquiunt Impp. *in l. cum neq; 4. C. de incol. lib. 10.* Cùm sæpissimè accidat, ut quis in loco, ubi bona possidet, neq; originalis, neq; incola sit, *d. l. 4. C. de incol.* Quia (2.) res seu bona ut accessorium sequuntur personam, eaq; tanquam principale trahit ad se qualitatem bonorum, *l. in pesudum. 28. ff. de usur. l. 178. ff. de R. Jur. Victor de caus. exempt. concl. 29. Reinking. de R. Secul. lib. 1. cl. 4.*

cap. 1.

[illegible] 17. Hinc (5.) propter bona in alicuius territorio sita nec subjectionis juramentum præstatur, utpote quod à non subditis exigi nequit [illegible]. *Henr. Henning. [illegible] concl. 34 [illegible] apud [illegible] Arum. [illegible] discurs. Acad. 9. th. 258.*

LXXXI. Quæ assertio in tantum procedit, ut nec solius feudi [illegible] subditus efficiatur, quod textu probatur expresso *in Clement. pastoralis. [illegible] vers. Atneq. & vers. rursus. de sentent. & re judic. ubi Pontifex ait: Licet Rex Siciliæ Robertus terras aliquas ab Imperatore tenere dicatur in feudum, quia tamen non in eis, sed in Regno Siciliæ domicilium suum fuerit, Imperatorem Henricum in ipsius personam, nulla ratione terrarum hujusmodi, (nisi ex natura feudorum) [illegible] superioritatem habuisse.* Et postea additur: *Regem illum, quod in eodem Regno Siciliæ, non autem in Imperio certum, continuum & notorium suum domicilium habuerit, Imperatori eo modo non subfuisse, ut in eum crimen læsæ Majestatis commiserit, etsi omnia Regi objecta vera fuissent. [illegible] Consil. 445. n. 5. Besold. discurs. Pol. de stat. reip. subalt. cap. 2. n. 2.*

LXXXII. Hinc videmus Regem Hispanum potentissimũ & Regem esse; & ducatum Burgundiæ ab imperio in feudum recognoscere: sicut & Rex Daniæ ducatum Holsatiæ ab imperio, & à Regno suo quædam feuda recognoscit: sic Elector & Duces Saxoniæ à Rege Bohemiæ comitatus & dominia recognoscunt: sic Elector Brandeburgicus ducatum Borussiæ à Rege Poloniæ feudi titulo obtinet. Hæc & similia exempla videre licet apud *Andr. [illegible] de Aress. imp. cap 6. n. [illegible] & seq. Andr. Knichen de Saxon. non prov. jure. in verb. ducum Sax. cap. 6. n. 3. & seqq. Richard. Dieter. de summa summi imp. potest. [illegible] 14.* Feudalis recognitio patrimonii qualitas, subjectio vero personæ relatio est. *Renatus Choppinus lib. 1. de Morib. Paris. tit. 2. n. 2.* Si igitur feudalis recognitio subjectionem [illegible], ne maxima maximorum libertas in concussa foret, judicio [illegible] *de Exempt. concl. 22. & 2[illegible].* quod tamen nemo dixerit. Sed de his obiter.

LXXXIII. Ut proinde quis propriè territorialis subditus sit, ad hoc domini territorialis majoritas respectu bonorum non sufficit. Cum multi Principes Ecclesiastici & seculares itũ Comites in aliorum territoriis bona possideant; neque tamen subditi respectu

spectu personarum sint, aut per hoc efficiantur. Ad domicilii namq; constitutionem, & inde dependentem personæ subjectionem concludendam possessio sola bonorum non sufficit, etiamsi quis majorem partem fortunarum aliquo in loco teneret, *l. 2. C. ubi Senat vel Clariss.* præsertim quia major pars bonorum non tantùm ex prædicamento quantitatis, sed & qualitatis statuitur, ad similitudinem Clerici, cujus domicilium non metimur ex eo, ubi major pars existit bonorum, sed ubi beneficium habet, *Felinus in c. postulasti. 14. n. 1. de foro compet.* Landgüter plus oneris, quàm honoris; Reichsgüter verò plus honoris, quàm oneris habent: cum in his dignitas, in illis onus præponderet. *Schwanmann decis. Cam. 4. n. 32. & decis. Cam. 10. n. 120. Wehner. in Pract. Obs. voce* Landsasserey. Segregatissima sunt, (quod probe notandum) bona in alieno territorio tenere; & ratione bonorum principaliter subditum esse. *Vide Schwanm. decis. Cam. 7. n. 15. & decis. Cam. 9. n. 3.*

Limitatio. LXXXIV. Quamvis autem sola bonorum possessio, uti dixi, subditum non faciat, notabiliter tamen hoc limitatur, si ea natura bonorum sit, ut sine subjectionis onere nequeant possideri, & homagium quis præstet, *juxta Christ. Besold. juris publ. part. 3. cap. 9. §. porrò. pag. 264.* Veluti si in loco contractus generale provinciæ statutum vel generalis consuetudo extet, ut bona non aliter acquiri & comparari possint, nisi cum onere subjectionis, qualia statuta in Germania variis in locis validè recepta adstruit *Andr. Gail. de Arrest. imp. cap. 7. n. 8.* uti in Electorū & Ducum Saxoniæ territoriis notoriè receptum, ut & in Bavaria, ubi nobilibus singulariter concessâ immunitate nemo gaudet, nisi cum qualitate subjectionis der Landsässerey. *Acta in causa* Ortenburg contra Beyern. *fol. 473. & 477. Knichen de jure territ. c. 3. n. 42. Webner. in Pract. Obs. verb.* Landsasserey. *adde Besold. de jurisdict. imp. quæst. 18.* idq; ne solis Dd. autoritatibus comprobem, ferè perspicuum evadit ex *Recessu imp. Wormat. de anno 1586.* §. in Fällen aber. ubi hæc leguntur verba: Da eine Person dem Reich ohne Mittel unterworffen/ und unter eines andern Herren hergebrachten Landsässeren/oder jurisdiction, Zwang/ und Bann Güter ligend hette/ sollen hinfort quoad illa bona, keine mandata erkennet werden. quò facit *Pacificatio Osnabrug. de anno 1648. artic. 5.* §. die freye und unmittelbahre Reichs-

Ritter-

[illegible] ibi: Dafern nicht etwan etlicher Orten ver-
[illegible] oder Wohnung unter n
[illegible] Vel ut habet versio latina: ni-
[illegible] in quibusdam locis ratione bonorum & respectu ter-
ritorii, vel domicilii aliis statibus reperiantur subjecti.

LXXXV. [illegible] occasione tamen quæri Q.
possit, an homagium faciat subditum? Verissimum est, quod homagium die Erb- und Landshuldigung præstetur domino domicilii, & consequenter subditum efficiat. *Thomas Michael de jurisd. concl. 57.* [illegible] ex parte præstantis fundamentum est [illegible] ex parte recipientis veri superioritatem [illegible] *concl. 33. Hippol. a Lapide de R[illegible]* [illegible] *in pr.* si quis præstat juramentum subjectionis, is proprie, & quidem jurata confessione se subditum constituit, *[illegible] cap. 7. n. 455.* quamvis etiam subjectio absq; jurata promissione & homagio, ut feudum sine juramento fidelitatis subsistere possit, *Crawetta Consil 452. n. 11. Prening d. concl. 33. Gylmann. [illegible] tit 2 de reconvent. vol. 1. n. 58. vers. nec enim. [illegible] in disquis. de Jurisdict. imp. concl. 138. in notis sub [illegible]* ita Megapolitanis homines proprios & rusticos absq; ulla fere juramenti religione prædia concessa à dominis tenere, eaq; præstare servitia, ad quæ sunt obligati, & pro subditis haberi, perinde atq; juratos, testatur *Husanus tr. de Propr. homin. [illegible]* ita libera imperialis Argentina in literis, an die zu [illegible] beysammen gewesene Chur- und Fürsten directè rescripsisse nunquam homagium Impp. præstitisse, *de dato 22. Aprilis, anno [illegible]*. ubi inter alia hæc habentur: Gleich wie aber unser geliebte und [illegible] Vorfahren frey zum heiligen Reich kommen / und solche ihre vor ihrgemelter Herbeytretung wohlhergebrachte libertät und Freyheit auff uns ihre Nachkömmling continuirt, deren sich auch wey- [illegible] Röm. Keyser und König [illegible] iederweiln erinnert / daß J. Keys. und Kön. M. M. weder wir / noch unser Bürgerschafft / ie- mahls [illegible] huldiget oder Pflicht erstattet und aber unser Vorfahren am Stadt Regiment ihr Herkommen und Freyheit dargegen eingewandt / [illegible] unangefochten dabey gelassen worden / &c. *Jacob. Sadeler in disput. de jure Universit. concl. 3. sub lit. C.* contrarium tamen asserit *Joh.*

 Bru-

Bruning. de Homag. num. 352. dissentit quidem *Christoph. Besoldus in dissert. de Jure & Imperio Imp. Civit. cap.* 5. *n.* 18. *pag. m.* 32. ubi ex quarundam civitatum subjectis exemplis & juramentorum formulis concludit homagium non semper subjectionem inducere, sed an benè? in conflictu videbimus. Magna certè differentia est inter homagium & vasallagium. Etsi enim juramenta vasallatica etiam vocem Gehorsam quandoq; ferant inclusam, per hoc tamen catenus tantùm obstringitur vasallus, ut in causis feudi naturam, constitutionem, qualitatem &c respicientibus dominum agnoscere, & obsequium in illis casibus præstare teneatur. Proinde cum *Chassanæo, Thoma Michaële, Schwarmanno, Victore* & aliis ad Cynosuram distinctionis homagii in reale & personale respiciendum est. Ejusmodi obligatio, quæ fit propter rem & occasione rei, magis realis, quàm personalis est *Johannes de Imola ad Clement. pastoralis n.* 47. *de sent. & re judic.* remq; inprimis afficit, & possessionis munus est per *l. fin. §. præterea* 25. *ff. de Mun. & honor.* Unde plurimos in Romano videmus imperio, qui ratione rerum principi homagium præstant, ratione suæ autem personæ omninò liberi & nemini nisi Cæsari subjecti sunt. *Thom. Michaël. de jurisd. concl.* 58. *lit. b.* adde omninò *Reinking. lib.* 1. *cl.* 5. *cap.* 4. *n.* 22. *& seq.* Juramentum proinde generali quantumvis seræ verborum conceptum, ad ea restringi debet solùm jura, quæ habet is, cui præstatur. *Gylmann. symph. tom.* 1. *part.* 1. *t.* 2. *vot.* 1. *n.* 95. *§. item.* Et si subjectionem ad certa tantùm capita restringeret, incivile foret, ex nuda illa juramenti exteriore præstatione, non inspectâ conditionum appositarum qualitate, de omnimodæ subjectionis jure judicare velle.

LXXXVI. Succedit alia quæstio, cùm quilibet, quæ allodii jure possidet, domino feudariâ conditione & nexu subjicere possit seine eigenthümbliche Güter zu Lehen aufftragen: Quilibet enim rei suæ legem, quam vult, imponere potest, *cap. verum.* 4. *de condit. appos. l. quoties. C. de donat. quæ sub modo. tot. tit. C. de pact. inter empt. & vend. l. si quis,* 6. *§. si in venditione. ff. commun. præd.* & contractus ex conventione legem accipiunt *l.* 23. *ff. de R. jur.* facilè id quemlibet obtinere posse asserit *Knichen in tr. de territ. jure cap.* 1. *n.* 204. *& ibi citati. Victor d. tr. concl.* 23. *Christoph. Mingius in disput. de Superior. territ. cap.* 1. *concl.* 8. Quæstio, inquam, hic & controversia

[illegible] ejusmodi rerum submissione etiam Q. [illegible] subjecta censeatur & hæc? Negantibus cum [illegible] *Nov. cap. 11. de* [illegible] *de camb.* [illegible] quæ à dominis [illegible], maximè quæ de territorio sunt, & in quibus vasalli domicilium habent, subjectione adstringunt, [illegible] *Observ.* [illegible] *n. 5.* non ea, quæ ultrò [illegible] vasallus feudalis fiat (auffgetragene Lehn): Dominus [illegible] tantummodò jus acquirit. [illegible] *Stat. reip. subalt. cap. 1. n. 5. in fine.* [illegible] Belehnungs Gerechtigkeit domini [illegible] acquirit. Hinc ait *Nordermann de Jure* [illegible] *d* [illegible] statibus imperii fuerint vasalli, & ex [illegible] potentiori in feudum obtulerint, [illegible] tamen absq; consensu Imperatoris subjicere non posse, *arg. l.* [illegible] *de R. Jur.* Comesq; qui integrum comitatum, omnesq; [illegible] ditiores Principi cuidam obtulit, ac vicissim ab eo [illegible] recognovit, statibus imperii omninò adhuc accensendus est, per tradita *Bernh. Bertrami de Comitiis memb. 3. concl. 39. in fine Georg.* [illegible] *cap. 5. concl. 14.* & præterquam quòd [illegible] posterior respectu Imperii foret clandestina & [illegible], Comites & status, qui feuda dignitatum ab imperio habent, non possunt personas imperio immediatè subtrahere, aliisq; subjicere, si modò feuda sua retinere velint: Sic enim potiorem [illegible] *cap. 1. de prohib. feud. alien.* alienarent, & consequenter feuda amitterent. *S* [illegible] *decis. Cam. 4. n. 30.* diversaq; [illegible] jurisdictio ordinaria, & feudalis, vide omninò *Paurmeister* [illegible] *cap. 8. n. 48. Joach. Clutin. in syllog. rer.* [illegible] *in notis sub lit. I. in fine.*

LXXXVIII. Notandum ergò hic, (I) quod illa appropriatio & recognitio in feudum, atq; submissio pactitia stricti juris sit, & ultra suos terminos non extendatur, cùm personæ subjectio, [illegible] libertatem imminuens, odiosa, adeoq; extensione interpretationis minimè adjuvanda sit, *per cap. odia, de R. Jur. in 6.* tum quia actus non operantur ultra agentium intentionem, *l. non omnis. 19. ff. de reb. cred. l. obligationum. 3. § non satis ff. de O. & A.* & proinde in terminis obedientiæ concludunt *Innocentius*

tius & Abbas in cap. olim. de restit. spoliat. In terminis nostris *Albert. Brunus Consil. feud.* 53. *n.* 2. & 3. apertissimè decidit, quod submittens se quoad concernentia proprietatem feudi, & feudales obligationes, & felonias, non intelligatur se submittere quoad judicialia, forum & jurisdictionalia. Tùm (2.) quod nemo plus juris in alium transferat, quàm ipse habet, per jura vulg. Tùm (3.) quod alio modo dominus, teritorialis, alioque dominus feudi quis constituatur, & alia territorialia; alia domini feudi jura sint. Et hæc

Limitatio. vera sunt, si nihil præter dominium feudi domino appropriatum fuerit, & vasallus nihil aliud à domino feudi, præter dominium utile bonorum, recognoscat.

LXXXVIII. Non minùs ardua, quàm frequens agitatur

Q. quæstio, an subditum faciat, territorio alterius includi im Bzirck Landsfürstlicher Obrigkeit gesessen seyn? Domicilium certè à districtu & limite regionum & territorii mensuratur: Hinc Imperator noster habet fundatam intentionem in omnes intra Imperii Romano-Germanici limites domicilium foventes quoad jurisdictionem & subjectionē, *Caspar Leipold. de Concurr. jurisd. quæst.* 3. *in pr. & ibi allegati.* Hinc habet unusquisque imperii status quoad jus superioritatis fundatam intentionem in omnes tàm homines, quàm res intra limites sui territorii existentes. *Besoldus Juris Publ part* 3. *cap.* 6. *pag.* 265. & omnis ecclesia sita intra fines diœceseos præsumitur subjecta, *text. expressus est in cap. constitutus.* 6 *extra de Religios. domib. Joseph. Mascardus de Probat. vol.* 2. *concl.* 585 *n.* 20. Regula proinde approbata est: Quæcunque intra territorii septa continentur, ea in istius domini patrocinio, potestate & jurisdictione esse præsumuntur, cujus est districtus & territorium, *can. omnes basilicæ. caus.* 16. *quæst.* 7. *Cc. in cap. nimis. de jurejur. Mascard. vol.* 1. *concl.* 217. *n.* 1. *Victor de Exempt. concl.* 27. *& ibi citati. Henr. Bruning. de var universs. spec. concl* 36. Unde ii, quibus territorium universale competit, in omnes landsassios & subditos, inque omnes isto in territorio exortas causarum species, civiles & criminales, reales & personales, judicii tàm petitorii, quàm possessorii, fundatam intentionem habent *l.* 1. *§. initio.* 4. *vers. quicquid. ff. de offic. præf. Urb. d. l. pupillus.* 239 *§. territ. ubi Dd. ff. de V. S. Ziegler in Comm. conclus. ad §. landsassii. n.* 22. *Besold. d cap.* 6. *Reinking. de Reg. Sec. lib.* 1. *cl.* 5. *cap.* 1. *n.* 22. LXXXIX.

LXXXIX. Maxima tamen illa Dd. quâ ex territorio ad jurisdictionem præsumptive infertur, hanc limitationem admittit, nisi in specie de privilegio & exemptione doceatur, & allegata libertas liquidò probetur *cap. dilectus. 2. extra de capell. monach. l. nulli. 28. §. quod si in 1. vo 4. C. de Episcop. & Cler. Knichen de jure territ. cap. 5 num. 152. D. Benedi. Carpzov. in differt. de privileg Elect. & Duc. Sax. de non appell. cap. 5. posit. 56. in fine. adde omninò Reinking. de Reg. Sec. d. cl. 1. cap. 1. n. 38. & seqq.* dissentit *Victor. d. concl. 27 Bruning. d. concl. 38.* *Limitatio.*

XC. Ad loca namq; exempta præsumptio illa minimè extenditur. Inclusio enim hujusmodi territorialis secundum naturam universalitatis cujusq; territorii accipienda est. Hinc fallax est argumentatio ab universalitate territorii & regionis in una parte, ad omnes ejusdem regionis & territorii partes. Quamvis enim totum suas contineat partes, non tamen continet diversas, quæ sub illo toto minimè comprehenduntur. *Matthias Stephani de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 127.* idque clarissimè confirmat *Ordinatio Regimenti Augustanæ de Anno 1500.* §. Der ander Krenß begreifft: ibi. Fürsten/Landgrafen/Prælaten/Grafen/Herren/ Frey- und Reichs-Städte/ unter und bey ihnen gesessen und gelegen *& Ordin. Regim. Wormatiensis de anno 1521.* §. Der ander Circkel. & vel maximè claret ex liberæ Imperialis Ratisbonæ exemplo. Hujus enim Civitatis Senatûs universalitas territorii cæteris quatuor Imperii statibus ibi vel unis mœnibus & murorum ambitu septis quoad cujusque imperialem libertatem & jurisdictionis limites nihil derogat vel præjudicat. Nec absurdum existit, ut unus sit dominus in universo, alter verò in particularibus quibusdam rebus sub universitate illa comprehensis, *l. 1. §. ult. vers. Sed enim. ff. de R. Vindic: Gylmann symph. part. 2. tit. 6. vot. 6. n. 75. Reinking. de R. Sec. lib. 1. cl. 5. cap. 1. n. 67.*

XCI. Unde locus aliquis potest esse in territorio, non verò de territorio principis. *cap. dilectus. 29. extr. de Rescript.* hinc etiam differunt: In eines Fürsten Land und Obrigkeit/ und unter eines Fürsten Land und Obrigkeit sitzen. *D. Casp. Ziegler in Comm. concl. 5. landsassii. n. 29. & 32* quo casu paria sunt, esse extra territorium, & esse in territorio, sed exemptum, *Jason. in l. fin. n. 5. ff. de Jurisd.* paria

non

non subjici vel exemptum esse. *Felinus in c. Rudolphus. 35. n. 17. de Rescript. Wesenbecius consil. 33. n. 20. per cap. cum Episc opus. ubi gloss. de offic. ordin. in 6. Thomas Michaël de Jurisd. concl. 60. lit. a.* Sicuti etiam loca exempta esse possunt in diœcesi, nec tamen de diœcesi. *cap. si propter. 10. de Rescript. in 6. Gylmann. Symph. part. 2. tit. 6. tot. 6. n. 73. Andr. Knichen de territ. jure c. 4. n. 26. Vietor. d. concl.* 27. Ex dictis consectarium est, territorium non ex loco vel situ regionis aut civitatis, sed ex actibus jurisdictionis designari juxta *Hieron. de Monte in Tr. finium regund. c. 6. n. 10. Gylmann. t. 1. p. 2. v. 4. n. 54.* quare etiam *Guid. Papa decis. 577. Meichsnero tom. 2. lib. 1. decis. 6. num. 50.* nihil aliud est, quàm terræ spatium jurisdictione munitum.

Territorium quid?

CAPUT IV.

De Probatione subjectionis: positio

XCII.

QUoniam autem jure naturæ qualibet persona, omnisque res libera præsumitur, nisi contrarium probetur, *§. jus autem. 1. Inst. de Jur. N. G. & C. princ. tit. Inst. de libertin. l. libertas. 4. ff de stat. homin. l. altiùs. 8. C. de servit. & aq. l. quod attinet. 32. ff. de R. Jur. Joseph. Mascardus de probat. vol 2. concl. 868. n. 3. & concl 979. num. 1. Gail. de Arrest. Imp. cap. 7. n. 5. Frider. Husanus Tr. de propr. hominib. cap. 1. n. 1. 2 3. & ibi citati.* & paria sunt, non esse, & esse, sed non posse probari *l. duo sunt Titij. 30. ff. de Testam. tut. l. in tempus. 62. §. 1. ff de hæred. instit.* brevissimis & quantum instituti ratio admittit, videbo, quomodo ipsum subjectionis jus, qualitas, & possessio probetur..

XCIII. Utrum verò domino incumbat onus probandi subjectionis jus in assertum subditum suum: an subdito libertatem, quæstionis est? Et monendi sumus; distinctionis fœdere rem conciliari posse. AUT enim dominus in quasi possessione servitutis & subjectionis: AUT subditus assertus in quasi possessione libertatis est: Priori casu sola domini possessio adversarium petitorem facit, puta, quia servitia, aliáve munera ipsi hactenus præstita sunt à Titio, tanquam à suo homine, neque Titius exem-



ptio-

priorem ullam interea factam probat, ac pronunciandum est pro jure domini, *l. in re. 14. ff. de probat. l. si de possessione. 20. C. eod. c. quoniam. 24. extra de elect.* & *per tradita Gaily de Arrest. d. c. 7. n. 3.* Posteriori casu secundum asserti subditi libertatem sententia datur, eritque liber, donec dominus jugum subjectionis adversus eum docuerit *l ordinata. 24. in pr. ff. de liberali causa. l. lite. 14.* & *l. eam. 21. C. eod.* & *per tradita Mascardi d. concl. 868. n. 4.* & *5.* puta, quia assertus homo nullas operas, præstationesvé actori exhibuit, unde subjectionis argumentum sumi possit. Multò enim favorabilior est libertas, quam subjectio: & in dubio pro proclamante in libertatem pronunciatur magis, quàm pro asserente servitutem, & subjectionem. *Fridericus Husanus d. Tr. cap. 5. n. 37.*

XCIV. Omnibus autem modis illis ferè subditus & subjectio probatur, quibus subditus quis efficitur, & superioritas probatur, cùm hæc reciproca sint: Ubi enim me superiorem probo, ibi eosdem, qui superioritatem meam agnoscunt, mihi subditos ostendo. *Braudlacht in Epitome Juris Publ. lib. 4. c. 4. num. 5.* Quare subjectio 1. *probatur ex libris territorialibus*, Landschafftbüchern (a.) *ex instrumentis* (b.) *matriculis* (c.) *literis investiturarum* (d.) *Chronicis* (e.) *æstimis* & *catastris* (f.) (a.) Id quod in terminis terminantibus evincunt *Acta in causa Ortenburg contra* Beyern/*fol. 167. Knichen de jure territ. cap. 3. n. 261.* (b.) Per instrumenta antiqua, de juramento fidelitatis ante 100. & 200. annos præstito quasi possessionem subjectionis probari tradit *Schneidewin. ad Instit. de Usucap. n. 30. sub rubr. de specieb. præscript. adde Mascardum de probat. vol. 3. conclus. 1397. n. 4.* & *10. Husanum in Tr. de propr. homin. cap. 5. n. 3.* (c.) Sic fiscus ex albo & matricula imperii fundatam intentionem habet, non modò tributorum & collectarum, sed etiam personarum respectu, ratione exemptionis, ut constet, quis imperii subditus, vasallus, municipalis sit. Matricula enim confert imperio quasi possessionem subjectionis contra eximentem. *Gail. 1. obs. n. 1. 4.* & *seqq.* ita exempli gratiâ fiscus contra Regem Daniæ Hamburgum eximere conantem ex matricula imperii disputat, teste *Fridr. Mindano lib. 2. de Mandat. cap. 67. n. 11.* Et sufficit ad probandam quasi possessionem imperii, eximendum matriculæ inscriptum, adeoq; semel, & antiquitùs inscriptum esse, licet in

posterioribus matriculis nomen ejus ampliùs non reperiatur: quia hoc Imperio fraudi aut præjudicio esse non debet, nisi legitimè probatum sit, cum Cæsaris & statuum consensu ex matricula deletum esse. *Gail. d. obs. 21. n. 11. Frider Mindanus d. c. 67. n. 14.* quam sententiam tùm maximè procedere, ait *Henr. Bruning de var. univers. spec. concl. 38. in not.* cùm aliis adjunctis documentis aliquem statum Imperii fuisse, probari potest. (d.) In jurisdictionis enim judicio, (quod & subjectionis est) nihil frequentius, quàm ingeminare literas investiturarum, illasque producere & petere, ut adversarius eas recognoscat. *Knich. d. tr. cap. 5. n. 54. Matth. Stephani vol. 1. discurs. Acad. Juris Publ. 7. thes. ult.* & princeps cum vasallis & subditis de juribus superioritatis disceptans, puta si principi, subjectionem, collectas & similia jura competere negent, hoc casu fundâtur territorii vigore, & intuitu Imperatoriarum & Imperii concessionum, & sic causa possidendi, quod nimirum præstiterint omnia ea, quæ alibi subditi præstiterunt, cujusmodi actus inferiùs sub hoc cap. tangam. specialis tamen investitura & concessio Imperatoris generali derogat superioritatis juri, vel quod illius loco est, si territorii dominus aliquid de suo jure, interveniente contractu, conventione, præscriptione, vel consuetudine legitimâ concesserit, fundata ejusdem intentio eliditur. *Knich. d. cap. 5. n. 132 & seqq.* (e.) Quod subjectio per historias & chronica probetur, respondit *M. Antonius Natta consil. 636. n. 41. & 91.* Libris enim Historicis & Chronicis fides habetur ac creditur in antiquis, *arg. l. 1. ff. de offic. præf. prat. l un. §. 1. ibi: & Junius, & Trebatius & Fenestella scribunt ff. de offic. quæst. c: cum causam. extra de probat. Mascardus vol. 1. concl. 287. Paris. consil. n. 50. vol. 1.* (f.) Bona subjecta esse probatur ex eo, quod descripta reperiantur in æstimo vel catastro, quod adeò perspicuum esse dicit *Mascardus vol. 1. concl. 207. n. 1. ut probatione non indigeat. adde Knich. d. c. 3. n. 338.* per catastrationem enim quasi contrahitur, & inducitur obligatio personalis & realis, *textus est in l. bipennes. 4. C. de Agricol. lib. 11. Caspar Glock. de contribut. concl. 39. lit. a. & ibi citati. adde Mascard. d. concl. 207. n. 5.*

XCV. Subjectionis qualitas & quasi possessio 2. per testes probatur, per ea, quæ tradit *Mascard. de probat. vol. 2. concl. 947. &*

vol.

vol. 4. rescl. 1107. num. 4. & 6. Frider. Husanus in Tr. de propr. homin. cap. 5. n. 4. ubi tamen notandum est, ad probandam per testes subjectionem non sufficere, ut probentur forte servitia præstita, nisi etiam probentur præstita ratione jurisdictionis & præstita ratione subjectionis, sive ut à subditus præstita; alioquin haud foret concludens probatio, puta, quod potuisset servire, tanquam amicus, vel aliter agens, & actus fuissent indifferentes, *Jacobinus de S. Georg. in Tr. de Homag. num. 19. pro quo etiam faciunt not. Innocent. in c. cum ecclesia 3. extra de caus. propr. & possess.* Obedientia enim aliâs, quam se subjiciendi intentione, præstita superioritatem vel subjectionem non denotat. *uti cap.* 1 *dictum fuit.*

XCVI. Subjectio 3. probatur per constitutionem domicilii habitationis, & ratione originis. *Gylmann. Symphor. part. 2. tit. 6. vot. 1. n. 19. & 20.*

XCVII. Subjectio 4. probatur per confessionem ejus, qui se hominem meum confessus est. Hâc enim confessione statur in præjudicium confitentis, *l. cum precum. 9. C. de liberal. caus. Jacobinus d. tr. de Homag. n. 21.* dummodò aliis adminiculis adjuvetur; ne videlicet homines liberi solis confessionibus aut scripturis ad deteriorem fortunam detrahantur, *textus elegans est in l. cum scimus. 22. in princ. C. de Agricol. & cens. lib. 11. Antonius Faber lib. 7. Cod. tit. 3. defin. 5. Zach. Victor. de Exempt. concl. 23.*

XCVIII. Qualitas 5. subjectionis probatur ex successione tàm particulari, quàm universali bonorum illius, qui erat subditus vel homo meus, per ea, quæ tradit *Gail. de Arrest. cap. 6. n. 10. & seqq. Mascardus d. concl. 1397. n. 24. Husanus d. cap. 5. n. 5. & 6. ibiq. citati.* Videtur enim hæres ipso aditionis facto cum domino contrahere *l. 3. in fin. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* & onus hæreditarium agnoscere tenetur *l. 2. C. de hæred. act. Husanus d. cap. 5 n. 43.*

XCIX. Subjectio 6. probatur pactis & stipulationibus. *§. si quis velit. Instit. de servit. præd. & l. 4. ff. de servitut. l. hominis. 3. ff. de usu & usufr. leg. Gail. d. cap. 7. n. 6.* Pactum enim liberi hominis, qui promisit pro se, suisque hæredibus, se fore hominem, & servitia facturum domini, omninò servandum est. *c. 1. & 2. extr. de pact. l. 1. & l. 7. §. ait Prætor. 7. ff. eod. Mascard. d. concl. 1397. n. 26. & seqq. textus expressus est in c. grandi. 2 de supplenda negl. præl. in*

 6. ibi:

6. *ibi: fidelitate, homagio, juramento seu pacto, &c. & in d. l. 22. C. de Agricol. lib. 11.* Potestq; quis per stipulationem gravare conditionem suam. Qui itaq; sciens prudensq; se alterius potestati subjicit, vel rem cum onere subjectionis acquirit, pactis stare debet, cùm nemo invitus emere cogatur. *l. 16. C. de jure deliber. l. invitum. 11. C. de contr. empt.* neq; talia pacta turpitudinem contineant, *Gail. d. cap. 6. n. 24. & d. cap. 7. n. 6.*

C. Quasi possessio subjectionis 7. probatur per statutum, seu consuetudinem, si vel in loco contractus generale provinciæ statutum, vel generalis consuetudo extet, ut bona non aliter acquiri possint, nisi cum onere subjectionis, per tradita *Gailii d. cap. 6. n. 10. & cap. 7. n. 8. Mascardi d. concl. 1397. n. 4. & 13.*

CI. Subjectio 8. probatur ex præscriptione & continuata possessione vel usu subjectionis, quod videlicet talis, ejusq; majores & descendentes semper fuerint habiti mei subditi ab omnibus provincialibus sine ulla contradictione, seq; pro subditis gesserint, idq; à tanto tempore, cujus initii memoria non extat in contrarium. *Jacobinus de Homag. n. 17.* Et hæc immemorialis temporis præscriptio etiam in exemptionibus imperii ab immediata subjectione locum habet, R. A. *de anno 1548. §.* wañ auch ein Ausgezogener. & §. hette aber der ausgezogen. utpote quæ vim contractus, justæ causæ, tituli, veritatis, legis, privilegii, & juris deniq; plenissimi obtinet. *l. fin. ff. de aq. pluv. arc. l. hoc jure. 3. §. 3. ff. de aq. quotid. Mascardus d. concl. 1397. n. 14. Gail. d. cap. 7. n. 16. Mynsing. 5. obs. 29. n. 13. Victor de Exempt. concl. 17.* & tantum potest, quantum Imperator cum causa. *Balbus de præscript. fol. 199. n. 13. & 17. Husanus d. cap. 5. n. 9.* Imò ad præscriptionem subjectionis spatium 30. annorum sufficit, si quis tanto tempore domino loci vel territorii solita subditorum servitia, & onera jure servitutis præstiterit, *per text. in l. cum. qui. 6. C. de fundis rei priv. lib. 11. l. cùm satis. 23. §. 1. C. de agric. eod. lib Speculator in §. quoniam. num. 10. tit. de feudis. Gail. d. cap. 7. n. 17.* non ut alienus, neq; ut sui juris, sed ut subditus scilicet. *Husanus d. cap. 5. n. 21. 22. & 38. Mascard. d. concl. 1397. n. 20.*

CII. Subjectio 9. probatur etiam per præsumptiones. Qui enim olim fuit subditus, præsumitur etiam hodiè esse subditus *per text. in c. preterea. 10. extra de transact. Mascard. de Probat.*

Vol.

Fel. 1. consil. [illegible] *Fel. 2. consil. 1052. n.* [illegible] *Vol. 3. consil. 1339. n. 6.* quoniam scilicet mutatio non præsumitur, *Alexander consil. 81. n. 4.* & de præterito præsumitur in præsens: *Felinus in c. scribam. 9. de præsumpt.* & quia id, quod nostrum est, sine facto nostro non amittitur, *l. 11. ff. de R. Jur.*

CIII. Quia exercitium jurisdictionis probat subjectionem, ut agere magis sit de territorio unius loci, quàm alterius, velut si ibi fuerint capti malefactores, furcæ sint erectæ, vel habitatores, seu domini feudi obedientiam præstiterint, *Alexander consil. 45. circa fin. lib. 1. Dominicus Cardin. Tuschus Tom. 7. Practic. concl.* [illegible] jurisdictio personarum illius loci, in quo ea exercetur, subjectionem ostendit, *l. ult. ubi Dd ff. de jurisd.* Habensque jurisdictionem præsumitur esse dominus illius loci, in quo eam exercet, ut notat *Parisi. consil. 162. n. 18. vol. 2. Georg. Obrecht de Jurisdict. cap. 14. num. 4.* Hinc pro regula generali 10. notandum est, quod omnes actus jurisdictionales, si in alterius territorio quietè usurpentur, superioritatem edoceant, ex parte verò patientis subjectionis qualitatem & quasi possessionem probent & arguant, *Christoph. Besoldus Juris Publ. Part. 3. cap. 6. § ejusdem. pag. m. 269. Gail. d. cap. 7. n. 14.*

CIV. Actus autem jurisdictionales sunt vel ecclesiastici, vel profani & civiles. Hodiè enim non minus ecclesiastica, quam secularis jurisdictio, territorii jure exercetur vigore Pacificationis Religiosæ *de anno 1555.* §. Und damit solcher Fried. & seqq. *Pacificat. Osnabrug. de anno 1648. artic. 5.* §. Es solle auch: *& paulò post*: in den Schrancken eines jeden Landes Obrigkeit das *jus dioecesanum* und Geistliche *jurisdiction* verbleiben *Caspar Leipold. de concurrent. jurisd. quæst. 20. circa princip.* Ad Ecclesiasticos actus referuntur Consistoriorũ Ecclesiasticorum institutio (Consistorial- oder Officialen / Geistliche / oder Kirchengerichte vulgò: quæ in Anglia Curiæ Christianitatis dicuntur) ministrorum verbi divini ordinationes, confirmationes, inspectiones, visitationes, Bestellung der Ministerien, und Visitation in Kirchen und Schulen / &c. vide *Matth. Stephani discurs. Acad. 7. th. 4. & 9.* Actuum autem omnium jurisdictionis ecclesiasticæ præcipuus, visitatio est *Johannes Koppen decis.* [illegible] *n. 71.* Unde controversiâ obortâ de superioritatis

tatis jure, inquit *Knichen de jure territ. cap. 3. num. 235.* si edocetur, causas matrimoniales in consistorio principis fuisse decisas inter subditos loci controversi: item confirmationes ministrorum [in]tercessisse, nec non actus visitationis & inspectionis exercitos, ejusmodi actibus evincitur superitas; inquam, simulque subjectio respectivè.

CV. Inter actus jurisdictionales profanos seu civiles non ultimum sibi vendicat locum, homagii receptio & præstatio. Indeque quasi possessionem subjectionis probari, notat *Gail de arrest. imperii d. cap. 7. n. 10. adde Knichen d. cap. 3. num. 254.* Verùm non omninò malè quis dixerit cum *Matth. Stephani Juris Publ. disc. Acad. 4. th. 10 vol. 1. Reinking. de Reg. Sec. lib. 1. class. S. c. 4. n. 5.* Hoc juramentum quidem arguere subjectionem & superiotatem; non tamen à priori, sed posteriori: Nec enim ideò quis censetur subditus, quia jurat, sed quia subditus est, ideò jurat: Et vice versà non ideò quis superior est, quia recipit juramentum, sed quia superior est, ideò exigit & recipit juramentum. *adde Reinking. d. cl. 5. c. 4. n 23.*

CVI. Eò jus resortus sive appellationis recipiendæ, ejusq; devolutio in causis tàm ecclesiasticis, quàm secularibus etiam rectè refertur. Et plerique concludunt appellationem jurisdictionis tesseram esse, ita ut appellatio judicis à quo subjectionem, judicis ad quem superioritatem designet, per *Can. placuit. caus. 2. quæst. 6. cap. si duobus. 2. §. denique de Appellat.*

CVII. Collectarum solutio & census magnum divinæ & humanæ subjectionis documentum atque tessera est. *Can. magnum. 28 caus. 11. quæst. 1. cap. omnis. 3. extra de censib. Henr. Bruning. de var. univers. specieb. concl.* 38. Hinc solutio collectarum imperii subjectionem immediatam probat, & inter reliquos probandæ subjectionis Imperialis refertur modos, ut apparet ex *Receß. August. de anno 1548. §.* Wann auch ein ausgezogener. *& seqq. Gail. 1. obs. 21. n. 9. vers. quartò probatur. Gumpeltzhaim. apud Dom. Arum. vol. 2. discurs. Acad. 9. tebs. 176.*

CIIX. Ad probationem etiam subjectionis non parùm faciunt Constitutionum, statutorum, ordinationum, mandatorum, observantia, affixio, ad comitia provincialia comparitio, tutorum

& cu-

& [illegible] fortalitiorum tempore belli debita apertio (Offnung der Castellen) cuilibet avocationes, contractuum confirmationes, ut & subjectionis indicium est vectigalium perceptio, quoad locum ubi percipiuntur, ejusque populum, *Ritter de homag. c. 7. num. 17.*

CIX. Nec minus activa privilegiorum concessio in eo qui concedit, superioritatem & imperium, quam passiva eorundem impetratio, imo cui conferuntur, subjectionem arguit. *Carolus* [illegible] *de Concessi. princip. cap. 4. num. 30. & seq. Marm de Ju-* [illegible] *consil. 305. n. 41. lib. 2. Reinking. de Reg. Sec.* [illegible]. Nullum enim privilegium jus subjectionis absorbet. *Decianus consil. 33 num. 8. Cephalus cons. 186. n. 43. Matthias Stephani* [illegible] *discurs. ad d. 6. concl.* [illegible] *Arnold. Engelbrecht de jurisdict. imp. concl.* [illegible] privilegia subjectionis jura tangunt, sed actus quosdam subjectionem consequentes leniunt, & ab illis vel immunitatem vel vacationem tribuunt. Quicunque igitur ejusmodi actus conjunctim vel separatim ostendit, optime subjectionis possessionem probat. Certissima enim subjectionis signa sunt, juxta *Gail.* [illegible] *& 18. Schwanman. decis. Cam. 7. n. 14. Besold. juris Publ.* [illegible] *probatio pag. 268.*

CX. Quaeritur hic, utrum inscriptiones Unsern lieben getrewen/ lieben getrewen/ Unserer Stadt: & vicissim: unserm gnädigen Herren/ unserm Landes Fürsten/ Landes Herren/Erbherren/&c. subjectionem probent? Ad probandam superioritatem & subjectionem, vel experientia teste, verba Unterthänige/ Gehorsame/ in subscriptionibus libellorum supplicum & rescriptorum adhibita adducuntur, & exinde etiam contra civitatem Brunovicensem *Andreas Knichen in Encyclopaed. cap. 2.* quasi judiciariam confessionem evincere nisus est. Si domini vocent aliquos in Civitate quadam liebe Getrewen in suis literis, quas Civitas sine ulla protestatione accipit, exinde duci possessionem juris superioritatis, idemq; esse, si civitas dominum vocet ihren Erbherrn/ *Matthias Stephani lib. 2. de Jurisdict. part. 1 cap. 7. n. 248.* Verùm enimverò subjectio necessariò inde non sequitur, *Henr. Bruning. de var. univ. spec. concl. 55. & per ea, quae tradit Besoldus de statu reip. subalt. c. 2. n. 2. p. 74. & seq.* Quando de dominio superioris constat, verba scripta subditis; Ewer Stadt

ewer Bürger: quoad curam & sollicitudinem vel commissam administrationem secundum qualitatem personæ intelligenda sunt. Nec ex solo titulorum splendore de subjectionis jure judicandum est, quia (I.) non tantum subditi, sed & illi, ejusmodi inscriptiones usurpant, dominosque salutant, quorum superioritatem nunquam agnoverunt, peregrini scilicet, iique remotissimi: nuda tamen confessio titulum suppeditare non potest, quo dominus, aut dominii causa mutetur, voluntate deficiente, *Knichen in Epopsi num. 15*. Verba namque reverentialia, verba honoris & curialitatis magis intelliguntur adulatoria, quam obligatoria. *Franciscus Mantica lib. 2. de Tacit. & ambig. conv. lib. 2. tit. 4. n. 48. D. Caspar Ziegler in Commun. concl. ad §. landsassii. n. 200. & ibi citati.* & extra subjectam materiam, & intentionem contrahentium prolata nihil operantur, *Surdus. decis. 119. n. 24.* quod de phrasibus ejusmodi curialibus & titulis verissimum est. In quibus modum excedere Germanos, & omnium sæpè titulorum largissimos esse tradunt *Rulandus de Commissar. part. 1. lib. 5. cap. 1 lit. K. Hippol. à Lapide de Ratione status part. 1. cap. 3. sect. 1 § aut pro antiqui. & cap. 6. sect. 2. §. id quidem. & passim.* Hinc titulos [dem Edlen und Vesten] ad probandam nobilitatem nullo constare pretio, ait *Josias Nolden de Stat. nobil. cap. 14. concl. 129.* Hinc ridiculam notat stultitiam illorum *Waremund. de Erenberg.* qui etiam mulieribus, novis titulis gratificari & adulari capiunt, illas gestrenge Frauen vocantes. Sed hæc ἐν παρόδῳ! Hinc [2.] ejusmodi compellationes in præjudicium imperii nihil operari, nec in confitentis præjudicium, sed ad ejus favorem explicandas esse potest alios eleganter deducit *Victor d. concl. 37.* circa finem. Talisque probatio præsumptiva per probationem contrarii facilè elidi potest, quando præsertim ab eo, qui suæ potestatis non est, ejusmodi confessio facta est, post alios *Georg. Ritter disp. de homag. cap. 9. concl. 226.*

Q. CXI. Si civitatis aliqua principis alicujus insignibus vel in moneta, sigillis, vel alibi utatur, an propterea ex parte Civitatis subjectio, ex parte verò principis superioritas arguatur, quæritur? Ejusmodi usum insignium inter subjectionis indicia refert *Gylmann. symphor. part. 1. tit. 2. vot. 1. num. 115. fol. 95.* & insignia in moneta superioritatis, à qua jus monetandi fluxit, indicia sunt *Henrico Bruning. d. disp. concl. 25. lit. a.* Haud inepte hinc *Bocerus de Regalib. a. n. 224.* monetæ

nota-

[illegible] moneta [illegible] principis effigies seu vultus monetæ im-
[illegible] moneat fere [illegible] se principi subjectos esse, cujus imaginem
[illegible] moneta, arg. *Matth. cap. 22.* [illegible]. Hinc in Germania obtinet,
[illegible] Cæsaris in orbe circumscriptum nomen, aquilamque bi-
cipitem, inferno ejus pectori imperii globo. ex lege referre numis-
mata. Reichs-Abschied Müntz-Ordn. *de anno 1559. §.* Wie aber
vergüldte Sorten. *Besold. de jurib. majest. cap. 8 n. 8 pag. 202.* Fallit
itaque & fallitur [illegible] ille *Hippolitus à Lapide de Rat. status part.*
[illegible] dum ait, civitates imperiales, cum immortales sint ac
nunquam moriantur, ad circumstantiam, ut ille quidem opinatur,
temporis denotandam, Cæsaris nomen nummis suis præfigere. Sed
hac [illegible] Insignia principis prælis & portis addi in
signum subjectionis, atque per ea superioritatem probari tradit *We-*
[illegible] *titulos prædiis suis vel alienis imponat.*
[illegible], domum, eorumque dominium esse principis,
cujus arma & insignia in iis depicta sunt, respondit *Rolandus à Valle*
[illegible] insignia principis in curia, aliisque locis depicta
probare jurisdictionem post plurimos à se allegatos notat *Wehnerus*
[illegible], faciuntque ad superioritatis probationem.
Thomas Michael de jurisdict. concl. 53. lit. C. Matthias Stephani disc. Acad.
[illegible] quoque re probatur illius esse, cujus sunt insignia, *arg.*
l. [illegible] *de peric. & comm. rei vend.* [illegible] *de homag. cap.*
[illegible] *113.* & ad eum pertinet signum, cujus est res signata, *arg. l.*
[illegible] *27. §. qui se 2. ff. ad L. Cornel. de falsis. Zasius consil. 6. 6. n. 17. Besold.*
part. 3. consil. [illegible] *num. 52.* Non levem proinde præsumptionem pro
principe militare, concurrentibus aliis adminiculis, certissimum est.
[illegible] *concl. 25 lit. 1. adde Georg. Andr.* Majer *in disput. de Jurisd.*
[illegible] *posit. 9. lit. 8. Kirchen Encyclop. cap. 14. per tot.*

CAPUT V.

De Subjectionis effectu:

Positio

CXII.

PRout subjectionis existunt gradus, ita quoque ejusdem effectus alius atque alius emergit. Episcopus à suis subditis requirit Canoni-

cam

cam obedientiam & reverentiam vi legis diœcesanæ. *cap. conquerente, 16. extra de offic. jud. ordin.* Competit quoque ex hoc jure Episcopo jus visitandi, cui adhæret procuratio, sive sumptus ad visitationem necessarii. Solvunt etiam clerici Episcopo in synodo Episcopali synodaticum sive cathedraticum in signum subjectionis, ut alia præteream.

CXIII. Omnimodæ subjectionis effectus hic est, ut subditus territoriali domino (seinem Landes-Fürsten) ejusque superioris sui jurisdictioni indifferenter subjaceat: Ille siquidem in civilibus & criminalibus, in ecclesiasticis & secularibus rebus non tantum imperandi, prohibendique jus, verum etiam subditum ad onera realia & personalia obstrictum, eumque tàm personæ, quàm rerum nomine subjectum habet. Subjectionis ratione rerum limitatæ & ad res restrictæ effectus hic est, ut subditus ratione rei emergentibus oneribus obstringatur, illiusque judicis forum sortiatur, in cujus territorio res sita est, *cap. sanè. 3. extra de foro compet. l. 2. & 3. C. ubi in rem act.*

CXIV. Effectus subjectionis respectu domini & superioris in quibus ulterius sese exserat inferius mox dicam: respectu subditorum enim subjectionis effectus consistit in subjectorum commodis, securitate, administratione justitiæ, libertate commerciorum & publica salute, &c. Hinc sunt, qui principem propter subditos & populum, ejusque utilitatem magis, quam propter principem subditos & populum constitutum & receptum existimant. *Petr. Frider de Mandat. lib. 2. cap. 44. num. 1. Heigius lib. 1. quæst. juris 19. num. 3. Victor. de Exempt. concl. 14. Dieterus de summa summi imp. concl. 62.* Unde Imperialem decet solertiam, inquit *Fridericus Imp.* ita reipublicæ curam gerere, & subjectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat, & singulorum status jugiter servetur illæsus, *in Cap. imperialem. in pr. de probib. feud. alien. per Frider. adde cap. un. in pr. de probib. feud. al. per Lothar. Nov. 161. cap. 2. l. un. § hæc. 14. C. de caduc. tollend.* Et ad dominorum officium pertinet jura subditorum sarta tecta conservare, innovationes non admittere, sed ipsos in antiquis libertatibus, juribus & privilegiis tueri, bey ihrem alten Herkommen/ Freyheiten/ Recht- und Gerechtigkeiten schützen/

[illegible] & in eo statu, quo reperiuntur, con- [illegible] vel particularis quic- [illegible] *de Majest. Imp. cap.* [illegible] Idque magis lau- dabile, quam [illegible] Isabella in Paradiso: Daß man Unter- thanen [illegible] ut postea in servitutem ra- [illegible] eande superioribus subditos privilegiis excedi [illegible] occasio: mit gutem Fug ihrer privilegia [illegible] *Centur. 2. Relat.* [illegible] quippe subditi ad parilem fidelitatem obligantur. [illegible] 8.

CXV. Subjectionis ratione porro subditi principi vel domino *reverentiam, fidelitatem & obsequium omni jure divino & humano* [illegible] *1. Petr. 2. v. 14. Proverb. 24. vers.* [illegible] *Petrus Friderus lib. 2 de* [illegible] *cap.* [illegible] *n. 1.* adeò, ut non possint dolo carere, qui superiori [illegible] non paretur, *l. contumacia. 53. §. 3. ff de re ju-* [illegible] *de R. jur.* & ob hanc reverentiam, quam subditus domino debet, persona domini subdito æquè sancta ac honesta videri debet, ac persona [illegible] vasallo *Vultej. 1. feud. 10.* [illegible] *l. liberto. 9. ff. de obseq.* [illegible] *& patr. præst.* [illegible] *de colat.* [illegible] *b.* Unde nec avocationem su- scipere, nec [illegible] contra dominum ferre debet. *Ritter de homag. cap.* [illegible] *Gryphiander apud Dom Arum. vol. 2. d. disc.* [illegible] In hac ipsa reverentia fundari putaverim preces, quas ad Deum pro salute magistratus imperio & salute fundere jubentur [illegible] atque ipsam super emergente obitu domini pu- blicam [illegible] in temporaria omissione concentus [illegible] Einstellung des Frewdenspiels bey Hochzeiten/ in [illegible] und [illegible]) etc.

CXVI. [illegible] *Besoldo dissert. de Majest. in gen. cap.* [illegible] 7. regna & principatus non antiquitus durare, quam [illegible] quæ in existimatione & autoritate, prom- [illegible] obedientia consistere putatur. Hæc autem [illegible] absolvitur paritione & comparitione, in quibus omnis [illegible] dictum fuit. Paritio elucet ex [illegible] [illegible] subditi præstant homagium die Erb- und Landes- huldi-

Huldigung cujus præstatio prima agnitio, confessioque subjectionis est *Thomas Michael d. concl. 57. Victor. de Exempt. conclus. 36.* & superioritatis quoddam consequens est. *Brunning. d. concl. 13.*

CXVII. Subditi (2) superioris sui mandatis, edictis, inhibitionibus parent, müssen Gebot und Verbot annehmen *Ritter d. cap. 7. concl. 181.* ejusque legibus, monitis & statutis parere obstricti sunt. *Pacianus lib. 2. de Probat. c. 35. Zigler in Comment. concl. § Landsassi. concl. 1. n. 147.* etiam præ juribus communibus & Imperialibus per tradita posit. 63. adeò ut secundum ea etiam Cameræ Assessores pronunciare teneantur. *Ordin. Cam. part. 1. tit. 57. ibi:* Nach redlichen / erbaren und ländischen Ordnungen / Statuten und Gewohnheiten der Fürstenthumben/ Herrschafften und Gerichte/ etc. Quandoque tamen peregrini populi leges usurpantur, quamvis ejus imperium non agnoscatur, sicuti Romani Leges Rhodias in maritimis causis observarunt *l. 9. & tot. tit. ff. ad L. Rhod.* Sic & nos in Imperio Romano, jure Pontificio, non, quod ipsius Pontificis subditos nos esse profiteamur, vel ut Pontificio, sed tanquam jure nostro, & à Principibus nostris approbato & recepto utimur. *Matthias Stephani discurs. Acad. 16. § cum ita, pag. m. 130. & 131. vol. 2. Felfric. Ulric. Hunnius in tr. de Autorit. juris cap. 9. circa fin.* ut vel hinc etiam Romanarum legum neque publica in scholis professio, neque etiam quotidiana in vita, forensique observatio extra Imperii ditiones tessera subjectionis esse possit: Cùm illarum non autoritas & sanctio, sed ratio tantùm & æquitas foris spectentur, *Thomas Lansius in Orat. pro Gallia pag. m. 139. adde omnino Matth. Stephani d. pag. 130. & seq.*

CXVIII. Subditi (3) parere tenentur onera imposita exequendo & præstando: *Reinking de Reg. Sec. lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 95. & 96.* Onerum autem seu munerum quædam sunt personalia, quædam realia, quædam mixta; Realia rursus sunt vel ordinaria, vel extraordinaria. Ordinaria sunt, quæ certam annuam, regularem, semper uniformem ac perpetuam habent præstationem, uti sunt Steur vel Beethe. *Extraordinaria* sunt, quæ talem præstationem annuam & perpetuam non habent, sed quæ propter occurrentem, publicam tamen necessitatem præstantur, *l. in honoribus. § 3. ibi: qui ex improviso. ff. eod. tit.* uti sunt Schatzung/ Anlag/ &c.

Certio-

Cogitare enim princeps non habet quæstores ærarios, quam subditos, nec qui pecunias et liberalius quoties necesse erit, suppeditent, Hornan. [illegible] in tract. de censu lib. 1. cap 1. Carpzov. lib. 4. [illegible]. Utilissimus hic ac brevissimus idem bonarum, malarumque rerum est delectus, cogitare, quid aut nolueris sub alio principe, aut volueris. *Plinius ad Trajanum in Panegyr.* Acerbum enim tributum subditos movet ad rebellionem & seditionem. *Tacitus* [illegible]. Subditi etiam ad alias extraordinarias præstationes obligantur; Da man der Obrigkeit mit Wagen/ Pferden/ [illegible] und [illegible] auff begebenden Nothfall dienet: Notandum autem [illegible] esse insupportabilius (uti loquitur Autor der [illegible] Erinnerung von Gleichheit der [illegible] Anlagen. *pag. 4.*) quam si inæqualiter tractentur ratione onerum, qui conditione & subjectione sunt æquales.

CXIX. Quæritur, an pro elocanda seu maritanda filia domini, subditi teneantur expendere collectas, quas vocant Fräwleinsteuer? Affirmativam sententiam de consuetudine (quæ pro lege habetur *l.* [illegible] *ff. de LL.*) generali, & notorio Germaniæ usu locum obtinere testantur *Mynsing. cent. 5. obs. 21. n. 3. Job Keppen decis. 31. n. 9.* [illegible] *de Erenb. de Regal. subsid. cap. 4. n. 13. & ibi citati.* Hanc tamen sententiam quidam limitaturi dicunt superiorem subditos non posse collectare, nisi speciali consuetudine, aut permissione, aut cum subditis conventione hanc adeptus sit potestatem; quia vero non tantum valeat genus, quantum species, aut generalis consuetudo speciali non æquipolleat, *Menoch. de præsumpt. 96 num. 22* Conrad. von Einsiedel *de Regal. cap. 3. n. 268.* Et hæc collecta, in locis ubi talis collectandi consuetudo viget, non tantum pro una, sed etiam pro aliis filiabus, si quæ plures adhuc sunt, elocandis exigi possunt. Idque obtinet, quando filia una vel altera elocatur prima vice; secus est, si mortuis dominis maritis ad secunda vota [illegible] vel illa transiret. Casus namque elocandæ filiæ est equidem iterabilis in personis, puta, plurimarum filiarum, [illegible] *Fridericus Mindanus 2 de mand. c. 44. n. 10.* [illegible] *de Erenb. d. cap 4 n. 14. Matth Stephani disc. Acad. 7.* [illegible]. Stante ejusmodi consuetudine dominus pro nuptiis filii petere nihil potest: quia eo casu dotem non expendit, sed accipit

pit filius. *Rosenthal. de feudis concl. 79. n. 5. Klock de contribut. concl. 50. lit. b. in fin.*

CXX. Hinc subditi (4) parere tenentur mulctas dando, pœnasve luendo, *Sixtinus 2. de Regal. 8. Bocerus de Regal. cap. 3. n. 8.* pœnæ & mulctæ sunt fructus jurisdictionis. *Frider. Husanus d. tr. cap. 7. n. 68.* & jurisdictionem veluti effectus comitantur mulctæ grandioris & imæ notæ, hohe und nieder Greffelbussen. *Schurff. consil. 26. n. 5. Knich. de jure terr. cap. 4. n. 390.* quas nemini quis solvere tenetur, nisi cujus dominium agnoscit *Reinking. d. tr. lib. 1. cl. 5. cap. n. 4. 86.* unde etiam existunt signa superioritatis & subjectionis. *Victor. d. concl. 36. vers. quarto. de Exempt.*

CXXI. Subditi (5) parere tenentur appellationes admittendo *Gail. de Arrest. d. c. 7. n. 14. Reinking. d. cap. 4. n. 87. Ritter de Homag. cap. 7. concl. 176.* (6) parent in negotio religionis; & vel hinc subjectionis signum elucescit. Nam cujus est regio, illius quoque religio; reformatioque superioritatis sequela est, & cujus territorii jus, ejusdem etiam est jus Episcopale, jurisdictio ecclesiastica & spiritualis, quam status Imperii hodiè expediri curant per consistoria Ecclesiastica & Superattendentes. *Knich. de jure terr. cap. 3. n. 232. & seqq. Matth. Stephani disc. Acad. 7. th. 9. vol. 1.* (7.) etiam formam mensuræ, ponderum & ulnarum ex archetypo superioris desumere obstringuntur *Knich. d. tr. cap. 4. n. 236. Besoldus dissert. de jurib. maj. cap. 8. n. 9. pag. 203.*

CXXII. Parent (8.) subditi domino solenniter cum comitatu (im Einritt) advenienti portas aperiendo, *cap. grandi 2. de suppl. neglig. prœl. in 6. Besold. de jurisdict. imp. cap. 18 fol. 54.* ubi post ingressum hodiè xeniis ejusmodi suos principes excipere, usque vinum pro consvetudine offerre solent. *Knich. de Sax. non prov. jure. verb. ducum. cap. 2. n. 15. & Ritter d. cap. 7. concl. 182. in fin.* referenda est etiam hûc apertura castrorum, receptio præsidii in fortalicia, & similia. Servitutis econtra speciem magis redolent nobilibus sæpè in subditos competentia jura visitationis molendinorum, Zwangmühlen / furnorum Zwangofen / prælorumque bannalium Zwangkältere / jus item cogendi subditos, ut cerevisiam in certa solummodò caupona emant die zwangs Gerechtigkeit in einem gewissen

[illegible] Brodschrauer [illegible] zu lauffen. *add. D. Caspar Ziegler in concl. ad §. nobiles n. 10. Wehner in pr. obs. voce* Mühlen.

CXXIII. Quæritur hic, an subditi cogi possint, accedere molendinum, atque cerevisiam, vinum, salemque & similia, non nisi in ordinatis officinis, & salanis domini, coemere? Quod nego cum *Joh. Cöppen lib. 1 observ. pract. 69. n. 16. Andr. Rauchbar. part. 1. quæst. jur. [illegible] & 2.* & minime consultum esse Politici dicunt, monente id *Besoldo de Jur. b. maj. cap. 7. n. 9. pag. 128.* ut regalia nova instituantur, puta si subditi cogantur accedere molendinum domini, vel vinum non nisi à domino emere, &c. neq; enim princeps alteri invito jus quæsitum adimere valet, *l. 2. §. meritò. 10. & §. 11. ff ne quid in loc. publ. l. 2. C de prec. Imp. offer.* vide *Modestinum Pistoris part. 2. illustr. quæst. 84. n. 2. Mindanum d. cap. 38. n. 8. D. Ben. Carpzov. Illustr. Sax. decis. 4. & lib. 1. resp. Elect. 43. per tot.* Q

CXXIV. Comparitio verò subditorum tribus hisce verbis comprehenditur: *veni, sta, redi, juxta I'ict. d. cõcl. 37.* Hinc (1.) ad conventus provinciales cõparere tenentur, müssen auff Landtäge erscheinen. *Kalch. de jure terr. cap. 3. n. 69. Ziegler ad §. Landsassii. num. 19.* & sicut in comitiis imperii publicis comparitio immediatum civem & statum aliquem esse arguit; ita hæc landsassium & subditum, *Reinking. de Reg. Sec. lib. 1. cl. 5. cap. 4. num. 72. Advertas tamen hic necessaria I. ut evocatus sæpius & continuè comparuerit. 2. præstiterit ea, quæ reliqui subditi, 3. omnia, quæ conclusa, jussaq; fuerint, sine ulla exceptione temporis, aut personæ suæ obedienter præstiterit.* [2.] tenentur comparere in tribunali, müssen recht nehmen und recht geben / tam in personalibus, quàm in realibus, activè & passivè, sive immediatè in aula causa ventiletur, sive mediate in curia provinciali, *arg. cap. licet. 6. in fin. extra. de Elect. Wehner. in voce* Landsaß *Pract. observ. pag. 468.* Hinc vulgatum illud prodiit: qui te judicat, dominus tuus est, *cum aliis Thomas Michel de Jurisdict. d. concl. 51. lit. A.*

CXXV. Nisi tamen I. de consvetudine aliud introductum appareat. Hâc enim induci potest, ut etiam non subditus, aut qui vasallus tantùm est, in judicio interdum comparere teneatur, & conveniri possit, *Georg. Ritter de Homag. cap. 7. concl. 188.* consvetudo namque origo & causa jurisdictionis, aliorumque ju- *Limitatio 1.*

rium est, *l. more. ff de jurisd. l. super. 9. C. de jure fisci. Knichen de Sax. non prov. jure verb. ducum, cap. 1. n. 42.* tribuitque sæpè jurisdictionem ei, qui aliàs eam nō possidet, *Zoanettus de Empt. & vend. n. 175.* Unde etiam ratione conjunctæ manus seu simultaneæ investituræ ex observantia & consuetudine curiarum Electoralium Saxonicarum conveniri quis potest coram domino feudi in quavis actione, tam personali, quàm reali, etiam non feudali, nec feudum concernente, licet sub alio principe, alioque in territorio suum habeat domicilium. Vide omninò locupletissimum hujus rei testem, *D. Carpzovium, lib. 2 Resp. Elect. 12. & libr. 6. d. resp. 115. per tot.* Quæ consuetudo Saxoniæ non solùm in plebejis, civibus & rusticis, sed etiam in nobilibus, Baronibus, comitibus & majore dignitate excellentibus locum obtinet, si feudum ab Illustrissimo Electore recognoscant. *Paurmeister de jurisd. libr. 2. cap. 9. num. 65. Georg. Ritter d. concl 188. ubi illustria refert exempla.* II. *nisi quis voluntarie coram aliquo stetisset.*
2. Magna enim inter ordinarium & pactitium sive compromissarium differentia est judicium. Quamvis quis per mille annos coram aliquo voluntariè stetisset, nulla tamen inde necessariò subjectio, & quod in posterum coram eodem juri stare cogatur, inferri potest. Licet enim voluntariè sese sistens sibi præjudicet in eo actu, in quo se sistit, tamen pro futuro nihil sibi præjudicat. *Surdus consil. 419. num. 32.*

CXXVI. Subditi 3. *vel togâ vel sago comparent:* ibi & tempore pacis citati se sistunt, ubicunque honestas & honor domino exhibendus id exegerit, veluti in solennitate nuptiali, in funeribus sepeliendis, in conventu principum, festivitate puerperii, & aliis, ad exemplum liberti, *in l. ejus. 16. §. tales. 1. ff de oper. libert.* facit huc *can. sta subjectus. 7. d. distinct. 95. Maul. de homag. cap. 5. num. 15. Ritter de homag. concl 189 in fin.* quàvis ad ministeria aulica nuptiarum & funerum, monente *id Zach. Vietore de Exempt. d. concl. 37.* sæpè vasalli sine nota subjectionis obstringantur. Hîc, & tempore belli comparent citati ad bellum, excubias arcis, sequelam, delectum sive lustrationem, Reise/Folge/Müsterung. *Wehner. pr. observ.* Folge. *Knich. de jure terr. cap 3. n. 352. & n. 359.* Belli enim intuitu princeps vel alius status potest subditis suis pro qualitate personarum arma imponere mögen ihren Unterthanen wehr auff-legen.

Imm. North. Burgkard. d. R. 1. 127. lib 14, lib. 1. & subditi principibus bellis, seditionibus & aliis molitionibus tritum præstò sequi tenentur, *Knich. d. n. 319.*

CAPUT VI.

De Affinibus & contrariis subjectionis.

CXXVII

Affinium locum occupant fori competentia, (à qua minùs rectè argumentamur ad subjectionem, benè tamen ex hac ad competentiam:) fidelitas tàm officii & domesticitatis, quàm vasallatica, clientela, item mundeburdium, sive advocatia, ut & ipsa publica servitus, *tot. tit. Inst. & ff. de his, qui sui vel al. jur* jam post annum Christi 125[illegible] apud Romanos non amplius frequentata, teste *Bulleo de Repub. l. cap 5. n. 39. in fin.* Superest, ut contraria subjectionis, & quibus modis quis subditus esse desinat, perlustrem. Idque fit I. libertatis concessione, privilegiis, exemptione, alienatione, per ea, quæ tradit *[illegible] Fridev. 2 de Mandat. 67 n. 15 ut & cap. [illegible] n. 17. Bertnum de Comitiis, membr. 3. thes. 47. & 49. Resoldus jur. Publ. part. 2. cap. 1. §. sed nec ex gentes. & § seq.* Nihil enim tàm naturale est, quàm aliquid eo genere dissolvi, quo colligatum fuit *l. 35. ff. de R. Jur.* Cùm enim imperii Romani longitudo, imperante Trajano fuerit 90. graduum (cujusmodi gradus 360. universam orbis vastitatem absolvunt,) & latitudo ejus ab æquinoctiali septentrionem versùs, ad 45. gradus minimum extensa. *Kirchner. de Repub. disp. 3 Coroll. 7. lit. a.* de his hodiè vix 10. tàm in longitudinem, quàm in latitudinem restant, *uti post Freherum sentit Victor de Exempt. concl. 7. adde Joh. Limnæum de Jure Publ. lib. 1. cap. 9 n. 6. Bodinum de Republ. lib. 1. cap. 9. n. 129. in fin,* adeò ut Imperii vires in Germania, cujus figuram quadratam, longitudine ferè & latitudine æqualem, 650. milliarium quaquaversùm esse, referat *Joh. Boterus in Polit. Reg. tit. de Imp Rom. sub voce vires. p. 57.* quia multi partim vi aut dolo, partim contractu aut pacto, partim præscriptione aut privilegio ab imperio redempti vel exempti sunt,

 monen-

monente *Victore d. concl. 2.* Multa etiam ut bello recepta, ita bello amissa sunt, alia pactionibus, alia derelictione in aliarum gentium & Regum jus transierunt. Quædam etiam civitates olim planè subditæ, posteà tantũ ex parte subditæ, aut tantùm inæqualiter fœderatæ esse cœperunt. *Hugo Grotius l. 2. de jure Belli c. 22. n. 13. p. 433.*

CXXIIX. Pro explicatione præcedentium quæritur, an princeps aut dominus subditos & vassallos invitos pro lubitu & Q. arbitrio alienare possit? Generale plebiscitum est, nihil rerum imperii cujusvis à principe solo alienari posse, *Petrus Heigius part. 1. quæst. jur. 19. num 1. Victor de Exempt. concl. 13.* Neq; Principes sunt domini subditorum, ut pastores ovium, quas laniis vendere possunt, prudentissimus & acutissimus politiarum censor *Trajanus Boccalini in Relation. Parnass. cent. 2. relat. 6 art. 2. & 9* Maximè verò principi non censetur permissum, civitates aut subditos suos alienare, si tali sejunctione, reliquorum, qui sub principe alienante manent, onera aggraventur, & in totius reipublicæ detrimentum, tùm ob collectas, tùm ob incommoda alia alienatio vergat. *Pruckman. de Regal. §. soluta potestas. effect. 6. fol. 457. n. 23. & 76. Besold. part. 5. consil. 233. n. 63.* vel in duriorem dominum transferantur, *per tradita Gailii de Arrest. Imp. cap. 8. num. 14.* Princeps enim tanquam populi sui tutor præscriptam tutoribus regulam in *l. 7. §. si tutor. 3. ff. pro emptore. l. tutor. 27. ff. de administr. tut.* servare debet, ut tùm demùm pro domino habeatur, cum subditis providet, non cum eorum bona alienat & perdit, cum pupillis providet, h. e. cum salutem & incolumitatem populi tuetur. *Nicol. Betsius de pact. famil. cap. 6. fol. 154. arg. l. 1 §. 1. ff. de offic. procurat. Cæs.* cum subditos regit tanquam homines, non alienat tanquam pecudes. *Dieter. de Summa summi imp. potest. concl. 198.* Uti autem subditi inviti alienari non possunt, *Cravetta consil. 241.* subditorum enim interest, dominum non mutari, *cap. 1. §. ex eadem. ubi Alvarot. de Lege Corradi.* ita nec dominus feudi vasallos suos invitos in alium transferre potest, *text. expressus in d. §. ex eadem. de L. Corradi. cap. 1. §. si quis. quo temp. miles invest. pet. cap. 1. §. firmiter in fin. de prob. feud. al. per Frider.* siquidem ex reciproca obligatione dominus & vasallus etiam quoad alienationem pari jure censentur, *Heigius d. quæst. 19. n. 14. per cap. 1 §. domino. si de feud. def. content. cap. un. §. sed quia. de forma fidel.*

CXXIX.

CXXIX. Subditus II quis esse desinit domicilii mutationem tàm voluntariâ, quàm necessariâ. Subditus enim ratione domicilii accidentalis seu habitationis, ex sola ejus translatione subditus esse desinit, *Mattanus Socinus in cap. proposuit. 19. n. 5. & 7. & cap. ult. n. 5 1. extra de for. compet. Schwanmann. decis. Cam. 4. n. 44.* & de jure communi subditis invito priore domino domicilium commutare, jus civitatis seu subjectionis resignare, illudq; alibi acquirere permittitur, per *l. nihil 31 ff. ad municip. l. 5. §. fin. ibi: si malit. ff. de captiv. Gerlac. Buxdorff. ad Aur. Bull. cap. 16. vers. 94. lit. f. Petr. Syring. de Pace Relig. concl. 34. lit b.* (diversa est tamen ratio acquirendi domicilii. *Gryphiander d. disc. 26. th. 48. apud Dom. Arum. vo. 2.* Hic enim domini consensus requiri debet, ne ipsi invito novus subditus obtrudatur, quanquam in his regionibus novum subditum testimonio prioris domini instructum non facilè recusare liceat, asserente *Andr. Rauchbar. part. 2. quaest. 22. num. 23. & 24.*) pro ratio, id etiam consuetudo Germaniae, *Gail. 2. obs. 36. n. 7.* & Hispaniae, *Bodinus lib. 1. de Republ. cap. 6. n. 58.*

CXXX. Dummodò mutatio illa domicilii non fiat maliti osè, *l. ab ordine 5. §. 2. ff. ad municip.* (Novi enim, non veteris domicilii locus spectatur, nisi in fraudem ea mutatio facta proponatur. *l. 34. l. fin. §. 3. ff. ad municip. l. 1. ff. de decur. Caspar Klock. de Contribut. con l. 16. lit. a.*) sed cum onere emigrationis secundum consuetudinem cujusq; loci, dominoq; loci certa bonorum portio, sive pecunia, quam vocant vulgò die Abfahrt/ Abzug/ Abschoß/ Außlösung/ oder Nachsteur solvatur, *Recess. Imp. de anno 1594 §. Und so viel.* Nec iniquum videtur, cum emigrans forsan per totam vitam privilegiis, subsidiis & protectione prioris domini gavisus sit, ut pro remuneratione domino aliquid relinquat, maximè cum dilaceratio bonorum & immutatio personarum domino etiā ratione subjatis damnosa existat, &c. *Koppen decis. 5. n. 3. Dom. Arumeus d. discurs. 6. ad Aur. Bull. cap. 16. th. 5.* *Limitatio.*

CXXXI. Necessaria autem domicilii mutatio accidit 1. relegatione, textus sunt in *l. filius 22. §. relegatus. 3. & l. 27. §. fin. ff ad Municip.* Quando enim subditus propter delictum relegatur, sive ad tempus, sive in perpetuum, à nexu fidelitatis liberatur, ita, ut

 resti-

restitutus de novo securitatis juramentum, die Landshuldigungs-Pflicht præstare teneatur. *Knich. de jure terr. c.3.n.439. Matth. Stephani de jurisd lib.2 part.1.cap.7.n.423.* Ejusmodi mutatio 2. fit tàm domini, quam subditorum morte, eaq; civili & naturali. Naturalis enim mors, ut omnia solvit, *Novell.22.c.20. in pr.* ita & jus subjectionis. Hodiè civilis mortis simulachrum gerit bannum Imperiale, des Reichsbann oder Acht. Bannitus enim ex numero civium Romanorum expungitur, perq; bannum omnia amittit, quæ sunt juris civilis, & mortui loco habetur *Gail.2.obs.86.n.9. & 2.de Pace publ.c.12.n.3.* & inter cætera etiam amittit domicilium. *Phil. Tennagel in lib.sing.de decern. Process. cap.11.n.2.pag.m.154.* nec tantùm singulares personæ, sed & civitates & universitates moriuntur naturaliter, ut chasmate, incendio, ruina ex terræ motu, *Brl. in l.27.§.2.ff.ad municip.* & civiliter, si ob delictum civitas jussu superioris destruitur, quod olim fiebat inducto aratro *l.21.ff. quib. mod. usufr. amitt.* hodiè proscriptione & banno. *Gail. 2.obs. 60. adde Bruning.d.disp.concl.98. lit.b.* sicuti etiam aliquis imperii status esse desinit propter delictum, læsæ Majestatis crimen, rebellionem, contumaciam, perfidiam &c. quando ab Imperatore vel Camera imperii in bannum declaratur, & per infamiam ex matricula, numeroq; statuum imperii deletur & ejicitur. *Gail.1. obs.21.n.11. 2. de P.P.cap.1.n.21. & 22. Mindanus 2.de Mandat.c.67. n.15.*

CXXXII. Notandum est hîc: ubi non est ex una parte subjectio, ex altera majestas, ibi nec læsæ Majestatis crimen committitur, *Clem. pastoralis. §. rursus. ubi glossa & Cc. extra de sent. & re judic.* Rebellionis tamen (quæ non minùs subjectionem & imperium præsupponit *Reinking. de R. Sec. lib.1. cl.2.cap.8.n.47. & ibi citat.*) crimen committitur etiam contra inferiorem dominum, jurisdictionem habentem, post plures à se citatos *Brunorus à Sole in Locis Commun. voce, rebellio.* An tamen Princeps universitatem gravans onere, quod illa subire nolit exemptionem prætexens, eam rebellem declarare poterit? Vide negantem *Bruning. de Var.un.spec.concl.93.*

CXXXIII. Subditi III. ob nimiam sævitiam & asperitatem dominorum ab eorum jurisdictione eximi, imò impunè discede-

[illegible] possint, [illegible] ut à domino *repeti & revocari* negligant, *[illegible]* [illegible] *C. de* [illegible] *Gail.* [illegible] *Mynsing.* [illegible] *cap. In quibusdam 12.* [illegible] *& l* [illegible] *C. de commend.* [illegible] Non enim jurisdictio dominis competens atq; potestas erga subditos in abusu, sed moderato usu consistere debet, cum non solùm dominorum, sed & reipublicæ intersit, ne quis re suâ ac potissimùm subditis malè utatur, [illegible] *jurissunt.* nec principi liceat, nisi quod justum est, *l. 4. C. de LL.* unde versiculi vulgati existunt: Hast [illegible] nicht recht/den Gott ist HErr und du bist Knecht. *Althusius Polit. c.* [illegible] *n 128. Reiter de homag. concl. 211.* Uti enim subditorum benevolentia Principum thesaurus & custodia, *Plutarchus in Arato. Wern. ab Erenb. de Regni subsid. cap. 7. n. 3. Trajanus Boccalini d. cent. 2. relat. 6. art 10.* & amor subditorum firmissimum est dominorum præsidium. *Hermannus Latherus de Censu lib. 1. cap. 1. n. 12 Mynsing. d. obs 8 n. 11.* ita eorundem odium ipsis est præsentissimum excidium, *Gail. de Arrest. cap. 8. n. 12. in f.* ex quo magnarum in rebuspublicis mutationum origo scaturit, in tantum, ut sub pelle ovina simplices subditi sæpè in calcitrosos mulos degenerârint, qui crudeles postmodùm dominos ex proprio ovili calcibus expellere non veriti sunt, uti loquitur *Boccalini d. relat. 6. art. 2.* Ex nimia quippe severitate subditorum nonnunquam oritur defectio *Lipsius lib. 4. Polit. c. 12.* quod suo exemplo testatur Rehaboamus 1. *Reg. 12. versi. 16.* & Hispaniarum Rex, qui propter extremam Albani sævitiam irreparabile damnum sensit in Belgio. *Daniel Otto de Jure Publ. cap. 8 quæst. ult. apud Dom. Arum. Vol. 5. discurs. Acad. 2 pag. 89. fac. 2. vide Londorpium in Continuat. Schleidani lib. 10. 11. & 12.*

CXXXIV. Subjectio IV. finitur, si imperii resignatio, abdicatio, ademptio, (quam degradationem & depositionem vocant) fiat, vel etiam subjectio tempore fuerit circumscripta, puta ad tempus vitæ, tutelæ finitæ, (sicuti inter personas illustres receptum est, ut administratoribus & tutoribus, donec minorennes domini legitimam fuerint nacti ætatem, præstetur homagium subdi-

subdititium, die Interimshuldigung. *Ritter d. disp. cap. 2. concl. 45. & cap 4. concl. 89.*) debiti soluti, creditori antichrestico, pignoris detentori, Pfands-Wiederkauffs Innhabern etc. præsuppositis ubique terminis habilibus; hisce & similibus modis etiam temporarium subjectionis jus finiri, dubio vacat. Proprios homines in Megapoli glebam cui adscripti sunt, nunquam deserere posse, testatur *Husanus d. tr. cap. 8. n 7.* nisi dominorum remissione.

CXXXV. Subditus etiam V. quis esse desinit præscriptione [quamvis plurimos de eo adhuc dubitare asserat *Georg. Brandlacht in Epitome juris Publ. lib. 4. cap 4. n. 6.* quò etiam inclinat *Decius consil. 907. num. 9.*] Qui enim probaverit, 30. annos effluxisse, quo tempore nihil, quod jure subjectionis deberetur, præstiterit, qvum tamen alii in vicinia id fecerint, liber erit atque immunis à servitiis. *Husanus d. tr. cap. 5. num. 39.* sicuti etiam directum feudi dominium contra seniorem 30. annis præscribitur. *Gail 2. observ. 160. num. 2. D. Ben. Carpzov. lib. 1. Resp. Elect. 84. per tot.* Ad præscriptionem exemptionum Imperii ab immediata subjectione requiritur immemoriale tempus, per ea, quæ dixi posit. 101. & concludit Alexander *in l. is, qui putat. 15. num. 3. ff. de acquir. hær.* subditos immemoriali tempore contra dominum obedientiam præscribere posse, quem refert & sequitur *Gail. de Arrest. d. cap. 7. in fine: Adde Mingium de superior. territ. concl. 84. in fin.*

CAPUT VII.

De Actionibus & remediis tàm domino, quàm subditis competentibus.

Positio

CXXXVI.

Remedia adversus subditos competentia. CUM autem ratione subjectionis, & eorum, quæ subjectioni cohærent, inter dominum & subditos ex improviso sæpè controversiæ exoriantur gravissimæ, atque invicem experiantur, actiones tàm domino quàm subditis competentes, remediaque utrinque quærenda esse, manifestarium est. Quænam autem actiones adversus subditum personam domini deserentis, seque alio conferen-

fereati domino competant, quæritur? Domino dari actionem ad vindicandum subditũ putant post *Panorm. & Joh. Fabr. Matt. Stephan. de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 2 n. 130. Cravetta cōsil. 241. n. 7. & cons. 99. n. 5. & 37.* ubi scribit posse dominum subditũ revocare, qui ejus injussu alio se transtulit. Inter personas subditorũ distinguendũ videtur: Nam servi per *l. 1. & 2. C. de serv. fugit.* adscriptitii per *text. in Novell. 17. cap. sed etiam 4.* revocari poterunt. Cujusmodi adscriptitii per limites sunt coloni quidam, vulgò homines proprii vocati, leibeigene leuthe, qui ita glebæ sunt asscripti & censibus obligati, ut sine venia domini discedere non valeant, constante eos, quocunque vadant servitute, *Mindanus de mandat. li. 2. cap. 67. num. 53.* Hos enim secundum juris formam dominus vindicare poterit ab alio detentos. *Angel. & Bald. in l. 1. C. de rei vindic. Gothofred. in l. 1. §. per hanc. 2. in not. sub. lit. 1 ff. eod. Husanus d. tr. cap. 7. num. 30.* At liberi non item revocari possunt Gitacus *Buxdorff. ad Aur. Bull. cap. Wiesenu l. 99. lit. f. & g.*

CXXXVII. Si subditi debita servitia ministeria & obsequia præstare & exhibere recusent, permissum est magistratui subditos vel per officium judicis seu condictionem ex moribus, vel per interdicta seu restitutoria remedia ad illa præstanda adigere. *Sixtinus de Regalib. 13. n. 67. Maulius de homa. tit. 4. n. 24. & 26. Ritter de cap. 9. concl. 2. 18.* quomodo aliàs cuilibet magistratui superioritatem & jurisdictionem suam pœnali judicio, denegatione actionis, missione in possessioně bonorum, captis pignoribus, indictione mulctæ contra refractarios subditos defendere sit permissum, multis probat ex Dd. *Thomas Michael de Jurisd. concl. 149. & seq. ut & Gail. 1. obs. 17. n. 8. & de Arrest. Imp. cap. 10. n. 1.*

CXXXVIII. Cum verò ob potentiam, vel aliud periculum atque scandalum à dominis coerceri, & in officio retineri non possunt, mandata inhibitoria in Camera dominis contra rebelles & factiosos subditos non rarò decernuntur. Pro magistratu enim contra subditos regulariter est præsumptio *Gail. 1. obs. 17. n. 7. Mindanus 2. de mandat. cap. 46. n. 1.* & quia subditi omni jure ad obedientiam obstricti sunt, ut dixi suprà. Mandata hoc casu sine clausula & processus arctissimi fundati sunt non modò ad inhibendum, ne subditi rebellent, ne arma sumant, ne magistratui le-

gitimè procedenti reſiſtant, ne in clientelam & homagium alterius ſeſe dedant, legitimas indictas & contributiones & collectas præſtare ne recuſent, &c. ſed etiam ad compellendum, puta, ut homagium & fidelitatem jurent, præſtent, confer huc, quæ poſt alios tradit *Reinking. de Reg. Sec. lib. 1. cl. 5. cap. 4. n. 6.* ut arma deponant, à rebellione deſiſtant, legitimas collectas inferant, & denique in omnibus præpoſito à Deo magiſtratui obediant. Mandatum hujusmodi ſine clauſula impetravit Baumgarten vidua co…a Blatwang/ die 5. Decembr: anno 84. ſuper narratis: *Quanquam omnia defuncti domini ſui & Baronis N. bona ad filios naturâ legitimos …lictos omni jure devoluta & translata ſint: quanquam etiam ſubditi ordinario & legitimo magiſtratui ſuo obedientiam & fidelitatem debeant. Hiſce tamen non attentis ſubditos N. præſtitum defuncto Dn. Baroni, …uſq; prædeceſſoribus homagium renovare, tributum, collectamvé ordinariam atq; cenſum inferre, planè detrectare, omnes admonitiones nihili faciendo. Et quamvis vidua licitum de jure ſit, propriâ autoritate ſubditos ſuos ad fidelitatem cogere, indq; ordinem redigere: ratione tamen viduitatis ſuæ, proq; vitandó ſcandalo, & ne in propria cauſa judex eſſe videatur, huic rei hactenus ſuperſediſſe, malleq; Cameræ Imperialis operam & auxilium implorare: Quoniam igitur talis rebellio & inobedientia* (ſolcher Abfall/ Ungehorſam und Widerſetzung der Unterthanen verboten) *omni jure vetita & interdicta, ergò petebat mandatum pœnale ſine clauſula. Petr. Frider. Mindanus d. cap. 46. n. 2.*

CXXXIX. Actio præjudicialis utilis conceditur principibus, comitibus, nobilibus ac cœteris dominis contra ruſticos, colonos, cenſitos, adſcriptitios & reliquos homines proprios, *Joan. Harpprecht ad §. præjudiciales. 13. Inſt. de Action.* Imò & contra cives & ſubditos, *Mingius de Superior. territ. concluſ. 85.* Ubicunque enim quis agit pro jure in alicujus perſona; ſive ex jure, ſive ex ſtatuto, aut conſuetudine, tunc tali agenti competit utilis actio præjudicialis: *Huſanus in tr: de Homin. propr. cap. 9. n. 45.* Hinc ſi quis pro jure ſubjectionis agere vellet, hanc actionem intentare poteſt, in terminis *Schneidewin: ad d. §. præjudiciales. num. 16. Robert. Marantæ in ſpecul. aureo part. 4. judic. diſtinct. 20. num. 1.*

CXL. Quin tamen etiam confeſſoria & negatoria domino com-

competant, actiones ex communi Practica quæ dantur pro quocunque incorporali jure, maximè si speciem aliquam servitutis præseferat, dubitandum non videtur per ea, quæ tradit *Christoph. Besold. in consil. juris feud.* quod habet inter discurs. Polit. *de stat. reip. subalt. cap. 2. n. 4. in fin.* Idem *part. 5. consil. 246 n. 1. 2.* & ibi citat. Si ab aliquo tertio molestentur, turbentur, aut spolientur subditi, itaque in contumeliam domini injuria fiat, ratione ejus, quod sua interest, dominus jus subditorum contra molestantem actione de dolo, interdicto uti possidetis, vel remedio recuperandæ possessionis etiam absque mandato tueri, atque eo nomine injuriarum agere potest, *per tradita Gailii. 1. obs. 125. n. 4. & 5. de Pignorat. obs. 6. n. 12. & de Arrest. Imp. cap. 8. n. 6. Husani d. tr. cap. 7. num. 71. & seq. Ziegleri ad d. § nobiles. n. 315. adde omnino Georg. Knitter. de Homag. cap. 9. concl 214. & seq.* Si aliquis princeps Imperii adversus civitatem suam municipalem vel sibi immediatè subjectam jure experiri velit, Cameram in prima instantia judicem habet, nisi inveterata consuetudine vel privilegio provisum sit, ut ipse civitatem ad propriæ Curiæ judicium vulgò Hoffgericht pertrahere & convenire possit, *post Gail. 1 obs. 1. n. 18. Tennagel de decern. process. cap. 4 n. 1. pag. m. 147.* Et si quidam dominus in Imperio alterius subditos, colonos, & adscriptitios fugitivos recipiat, agitur immediatè in Camera contra recipientem ad pœnam violatæ pacis publicæ, *Ordinat. Cameræ part. 2. tit. 14. de fugitivis subditis & eorum receptatoribus. Gail. de arrest. cap. 8. num. 15.*

CXLI. Remedia adversus dominos competentia. Restat, ut remedia & actiones, quæ adversus dominos subditis competunt, perlustrem. *Contingit, malo quamvis exemplo nonnunquam, ut domini sive magistratus subditos, quos inprimis tueri ac fovere debebant, opprimant & ad iniquissimas conditiones vi, metuque compellant.* Phil. Tennagel in lib. singulari de decern. Process. *cap. 9. num. 1 pag. 97. adde Carpzov. lib. 1 Resp. juris. 53. num. 2. & seqq. Petr. Frider. 2 de mandat. cap. 11. num. 29.* quo casu subditi, omissis ordinariis remediis, officium judicis, ut visitatores mittat, qui in actiones domini, & quomodo illos subditos tractet, inquirant, & *Remedia adversus dominos competentia.*

Exec. Part. 1. cap. 9. num. 58. verf. contra quæ injusta. Ziegler d. §. nobiles, num. 110. Ad hoc enim Imperator & quilibet supremus magistratus tanquam in specula collocatus, super inferiores eminet potestates, ut omnem iniquitatem cohibeat, *Petr. Frider. 2. de mandat. cap. 13. n. 22.*

CXLII. Verum si alium superiorem recognoscant, quam Cæsarem, judicem illum ordinarium adire necessum habent; ac ubi dominus immediatè imperio subjacet, Camera eo nomine mandata decernit: idque non tantùm ad instantiam subditorum, sed etiam ex officio superior potest, atque adeò debet providere subditis, ne indebitè, & plus æquo à suis dominis vexentur, juxta *l. illicitas. 6. §. ne potentiores. 2. ff. de offic. præsid. Gail. 1 obs. 17. n. 7. Mynsinger. Cent. 5. obs. 8. n. 13.* præsertim si vel præ metu non audeant supplicare, aut vi prohibeantur, *Tennagel d. cap. 9. n. 2.* Ex quo subditi in Romano Imperio, (quo nullum unquam legibus & justitiâ majus & sanctius, *Reinking. de Reg. Sec. lib. 1. cl. 1. cap. 4. n. 20.*) si nimiâ sævitiâ, insolitis operis, angariis & parangariis, mit ungemessenen/täglichen Frohnen/dominorum premantur, mandata sine clausula contra dominos subalternos sub pœna pecuniaria, banni, aut amissionis jurisdictionis, & feudi Imperialis ab Imperatore vel in Camera impetrare possunt, per ea, quæ tradit *Gail. d. obs. 17. n. 5. & de Pace Publ. lib. 1. cap. 2. n. 22. Mynsinger d. obs. 8. n. 3. 5. & 6. Hartm. Hartman. in lib. 2. tit. 54. Obs. 45.* & ita decretum fuit Anno 1580. 27. Augusti in causa Wellmünster contra Naßaw/referente *Sixtino de Regal. lib. 2. c. 13. n. 58. Petr. Fridero 2. de mand. c. 13. n. 31. Rittero d. cap. 9. concl. 224.*

CXLIII. Ne tamen subditi per impetrationem mandatorum sine clausula ad majorem inobedientiam incitentur, superior in huiusmodi mandatis decernendis magnâ prudentiâ uti debet, propter sustinendam magistratus inferioris autoritatem, uti monet *Frider. d. cap. 13. n. 33. Gail. d. obs. 17. n. 6.* Ideoque publicâ Imperii Constitutione sancitum est, mandata sine clausula subditis contra magistratum suum non facilè, & cum de narratis verisimiliter non constat, decernenda non esse, R. A. *de anno 1594. §.* So soll auch zum fünfften. *adde omninò Ritterum d. cap. 9. concl. 221. & seq. ubi 4. limitationes hanc in rem affert.*

CXLIV.

CXLIV. Magistratum malè agentem de jure etiam accusari & conveniri posse, totus ff. & Cod. titulus de magistratibus conveniendis, satis arguit. In causis incidentibus, publicâ Imperii lege, octo vias præscriptas habent subditi, quæ die Außträge appellantur, ex quibus unam eligere, & contra provinciæ dominum procedere, subditis jus & potestas data est, certo ordine, forma & modo procedendi, *Ordin. Cameræ part. 2. tit. 4. & ibi :* §. Und sollen solche Außträg *&c.* auch mit den Bürgern / Bawren und andern Unterthanen gegen den Fürsten und Fürstmässigen Statt haben. Quem ordinem & modum procedendi præscriptum, si dominus præcisè non observet, subditi de justitia denegata in Camera Imperiali jure conqueruntur, & jure isto singulari, velut ipsius superioris consensu neglecto, processus contra eum ex jure communi decernuntur, ut *Ordin. Cam. part. 2. tit. 26.* sancitum. *Reinking. in enarrat. tit. C. de in jus voc. num. 29. & ibi citati. vide Gail. 1. obs. 1. n. 19. Mynsing. 5. obs. 1 n. 2. Petr. Frider. lib. 1. de Proceß. c. 17. n. 9.*

CXLV. Habent alias varia etiam remedia: & remedio uti possidetis adversus dominum rectè experiuntur, si in possessione vel quasi libertatis a domino molestantur, *Baldus in l. 1. C. commun. de manumiss. Bart. & Alexand. in l. 1. §. 1. ff. uti possid.* idque ita aliquando in Camera Imperiali observatum meminit *Gylmann. rer. judicat. lib. 2. decis. 1. num. 5. Reinking. de Reg. Sec. lib. 1. class. 1. cap. 4. num. 24.* Habent condictionem ex moribus, quâ contra dominum agunt, ut idem faciat, quod ipsius prædecessores fecerunt, *arg. l. quod si nolit. 31. §. quia. 20. ff. de ædilit. edict.* Tenetur enim princeps subditos suos in eo statu relinquere, in quo eos invenit *Johan. de Platea in l. neminem. C. de decurion. lib. 10. Maulius de Homag. tit. 11 n. 14. Ritter d. cap. 9. concl. 220.* Habent etiam utilem præjudicialem subditi, coloni & homines proprii contra dominum. *Schneidewin. add. §. Præjudiciales. Inst. de Action. n. 15. & seq.*

CXLVI. Quod si dominus premat subditos contra jus vel

utilem negatoriam contra eum intentare, ut declaretur jus non competere domino exigendi plus quàm hactenus exactum est, & illi prohiberi, ne plus exigat, *Fachinæus lib. 1. conf. 4. n. 24.* vel etiam utili interdicto uti possidetis experiri. *Menochius ret. poss. remed. 3. n. 122. & seqq.* quando subditus contra dominum actionem famosam instituere possit, vide apud *Ritterum de homag. cap. 7. concl. 140.*

CXLVII. Et si nullum aliud hîc subditis suppeteret remedium, denegari ipsis haud posset actio injuriarum, & ad interesse, quod adversus iniquam servitiorum insolitorum exactiónem prætendendum habent, monente *Ben. Carpzov. lib. 1. resp. El. 53. n. 15.* & ita Dd. adversus magistratum, & injuriarum & utili legis Aquiliæ actione agi autumant: Illâ quidem ratione injuriarum ex *l. nec magistratibus. 32. ff. de injuriis:* Hâc subditi ad restitutionem damnorum & interesse adversus dominos experiri valent, *l. liber homo. 13. ff. ad L. Aquil. l. fin. ff. de his qui effud. l. ex hac. 3. ff. si quadrup. paup. fecisse dic. Jacob. Thoming. decis. 24. n. 12.* Quamvis enim de nomine & genere actionis subditis non multum laborandum videatur, *D. Carpzov. d. resp. 53. n. 22.* quia hodiè nec formulæ actionum in judiciis tàm strictè observantur, nec eorum nomina exprimere necesse est. *Johan. Schneidewin. in §. actio. num. 6. Inst. de Action.* factum tamen eo modo narrari debet, ut inde actio instituta elici possit, *c. dilecti. 6. extra de judiciis, l. 2. C. de formul. & impetr. act. sublatis.*

CXLVIII. Quæstio hîc occurrit, si dominus subditos suos per mandata eò adigat, ne ab aliis, quàm à se cerevisiam emant, ne alibi molant, aut panem coquant, (de qua quæstione dictum fuit posit. 123.) aut simile quid jubeat, quod anteà liberæ subditorum voluntati fuit relictum, atque subditi metu pœnæ vel reverentiæ domino contradicere non audentes ejusmodi mandatis obediant, an tertius, qui molendinum, furnum, cauponam &c. in vicinia habet, in cujus præjudicium ista prohibitio tendit, adversus prohibentem utiliter in judicio hoc nomine experiri possit? Et dubium non residet per ea, quæ tradit *Andreas Rauchbar. part. 1. quæst. juris Civ. & Sax. 27. num. 11. & seqq.* quin tertius adversus prohibentem utiliter judicio experiri possit, ut sublato mandato


&ab

& abrogata prohibitione subditos pristinæ libertati, & rem in integrum statum restituat, ac de non amplius prohibendo cautionē præstet, *arg. l. harum 7. & l. egi. 12 ff. si servit. vindic. l. un. C. uti possidetis. l. si de via 7. ff. de aqua quot. & aestiva, late Menochius in remed. 3. retinendæ. n. 811. & seqq.* Et huic sententiæ accedunt *Boërius decis. 125. n. 4. Didac. Covarruvias in c. possessor. in 2. part. relect. §. 4. n. 7. & 8. Rauchbar d. quæst. 27. n. 14. Joh. Koppen lib. 1. obs. 69. num. 18. ubi hic post illum refert ita judicatum fuisse à dicasterio provinciali Lipsiensi, in causa oppidi* Tauchen *contra* Leipzig / cujus sententiam in secunda instantia judices Appellationum in aula Electoris Saxoniæ approbarunt: Idemque à Witebergensis Curialis judicii assessoribus pronunciatum est in causa oppidorum Lützen contra Merseburg.

CXLIX. Ne tamen subditi in ipso quasi judicii limine impingant actiones adversus dominum intentaturi, quæritur an citra reverentiæ læsionem dominum suum subditis sine veniæ impetratione in jus vocare integrum sit? Affirmativæ sententiæ calculum adjicere nullus hæsito: In jure enim cautum non reperitur, quod subditus teneatur petere veniam, nec subditi sunt de personis enumeratis in Edicto Prætoris, *in l. 2. ff. de in jus vocando. & §. Pœnales. 12. Inst. de action.* intra quarum catalogum prohibitio consistit, *Husanus d. tr. cap. 6. num. 11.* Accedit, quod & vasallus dominum suum absque talis veniæ impetratione in jus vocare possit, *Gail. de Pignorat. obs. 15. num. 4. Mynsinger centur. 4. obs. 92. n. 4. Ziegler ad § nobiles. in limit. 10. num. 26. & ibi citati. Reinking. ad tit. C. de in jus vocando num. 47 & seqq.* & hujus exceptionis hodiè teste *Wesenb. ad tit. ff. de in jus voc. n. 12.* non magnus est usus, cùm hoc ipso, quod judex aliquem ad instantiam alicujus citet, venia intelligatur impetrata; & ob hanc causam sæpiùs reo, non obstante hâc exceptione, litis contestationem impositam se vidisse ait *Zanger in tr. de Exception. part. 2. cap. 8. num. 30.* Idq; hodiè omni-

CL. Quod autem vasalli dominum in jus vocaturi veniam priùs impetrare non teneantur, id vel ex eo perspicuum est, quod processus in Camera quotidie decernantur & impetrentur, etiamsi in supplicationibus veniæ petitio non fuerit inserta; idq; in provinciis quoq; Saxonicis observari tradit *Arnold. Reyger in addit. ad Mynsing. d. obs. 92. vers. de eo constat. quem sequitur Georg.* Schultz *in synops. Instit. Imp. ad tit. de action. lit. l.* Et testatur *Rosenthal de feud. cap. 10. concl. 23. num. 23.* suo tempore in Camera Imperiali in multis causis observatum esse, quod ducum, Principum, Comitum &c. subditi non teneantur de necessitate talem veniam petere; ubi sic infinitos processus decerni vidit. Idemq; observatum dicit *Maulius de h. mag. cap. 2. num. 11.* in quadam causa, cujus ipse fuit advocatus: Cùm enim à reo objecta esset exceptio veniæ impetrandæ ad impediendam litiscontestationem, pronunciatum fuit, reum eâ exceptione non obstante, ad litem contestandam teneri, *Ritter de homag. cap. 7. concl.* 141. *in fin.* De vasallo eadem tradit *Mynsing cent. 4. d. obs. 92 n. 4.* dummodo tamen vasallus ab inhonestis verbis abstineat: Qualitercunq; enim agent vasalli, simpliciter factum narrabunt, etiam quoad turbationes & spoliationes, verbis honestis temperatis & minimè acutis, ne dominus feudi aliquâ etiam levi contumeliâ afficiatur, quod ipsum vel maximè etiam in subditis locum obtinet, per tradita *Ritteri d. concl. 140. Husani d. cap. 6. n. 13. & seqq.* Quinimò veniam quoq; prius à domino suo directo petent, antequam eum in jus vocent, quod pro cautela fieri securiùs, monet *Christoph Besoldus in consil. feud. inter d. st. polit. de statu resp. subalt. cap. 2. num. 4. in fin pag. m.* 88. *Joann. Schneidew. ad §. pœnales. Inst. de action. num.* 45. ubi à quodam vasallo suum dominum in jus vocare volente, veniam à Rege Romanorum, ut impunè dominum in jus vocare posset, petitam fuisse refert. Atq; ad evitandas cavillationes & ambages superfluam adhibere cautelam, & veniam petere homini proprio dominum in jus vocaturo consultius fuerit, sicut in universum subdito Principem judicialiter conventuro, *Jacobinus de Homag. num. 26. Baldus in l. benè à Zenone. C. de quadrienn. præscript. Fridericus Husanus d. tr. cap. 6. num. 12.* Et tantundem de subjectionis jure citra ullius præjudicium dixisse sufficiat.

SOLI DEO GLORIA!



Mantiſſa:

I.

POlonos olim Magdeburgum, & Bohemos Lipſiam appellaſſe ex alio, quàm ſubjectionis jure, probabile non eſt.

II. Si dominus ſubditos propter hoſpitationum & belli pericula & onera, ſe præſentem derelinquentes & diffugientes ſub pœna privationis officiorum (bey verluſt ihrer ämbter) per mandata revocet, neque tamen pareant, an ad illam privationem, & alias pœnas irrogandas deſcendere poſſit, quæritur? Affirm.

3. Nùm Clerici & Eccleſiæ Miniſtri ſalvâ dignitate homagium præſtare poſſint? Affirm.


IV. Cameæuxorem ducit Nobilem

CL. DN. DOCTORANDO
Patrueli suo perquàm dilecto
S.P.

QVI è Cereris cultu vult ritè capessere frugem,
Sic prudenter opus dividit ille suum.
Quæ sua sunt colit arva, serit dein semina supplex,
cum matura seges, tædia messe levat.
Has partes simul esse tuas Christiane, *putato,*
Impigrà Themidos qui sacra mente colis.
Arva tuum sunt Ingenium, Natura benigna
quod dedit ubere cum fertilitate Tibi.
Cultura est almis solertia præstita Musis
cum prece, mole gravis nocte dieq; labor.
Seminium pietas, artes, morumque venustas,
quæq; serit toto Codice jura Themis.
Ad quæ cuncta Parens multò fuit anxius arte,
proficiat claros ut pietate duces.
Imò morabatur nec LIPSIA cincta vel hoste,
Nec JENA ingenium docta polire tuum.
Obstetricibus his finxit præcordia Titan
Talia, quæ JOVÆ non nisi carus habet.
Ergò suum cur nec habeant hæc omnia messem,
quâ cunctis illis præmia digna feras?
Messe latente latet quoq; fructus, utroque sub umbram
alterius longa damna ferente mora.
Numina cognita sint, cultu ut veneremur, oportet,
infelix clausum possidet arca Jovem.
Irrita sic virtus, quæ non per publica fulget,
& mancum quod non Gloria finit opus.

Præ-

Propter agri fructus citus optat Agricola messem,
quâ veniente manu non remorante metit.
Laudo ergò quod subjectûm sacra jura *docendo*
non statuum, & statuum *clara Theatra petis.*
Pandet in hac virtus tua se, ut Rosa sole, palæstrâ,
possit ut Aonio perplacuisse choro.
Sunt etenim multâ hac tua Tmemata lite referta,
raraque, causa suum quæ probet una virum.
Ergò, age, te præstes, qualem certamina poscunt,
quæ cui pro merito dent adimantq; decus.
Quod scripsti evincas, doctorum more virorum,
quos pudet ambiguâ quid docuisse fide.
Quod si depugnas, ne plaga novissima restet,
victore ut dignum promereare locum.
JENA memor tantis sciet addere nomina rebus.
Inque fidem Messis dicere: DOCTOR AVE!



ANDREAS TENTZEL
Phil. & Med. D.

FINIS.

